20

# DISSERTATIO
## DE ORIGENIS
# HEXAPLIS,
## ET
# OCTAPLIS.

*A P. DIONYSIO DE RIVIS*
*Ordinis Capuccinorum.*

CVM COROLLARIO

IOSEPHI MARIÆ SVARESII
EPISCOPI OLIM VASIONEN.
Vicarij Baſilicæ S.Petri,& S.D.N. Aſſiſtentis.

De Pſalterio Baſilicæ Sanƈti Petri.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ.
Typis Michaelis Herculis. M. DC. LXXI.

*Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Principi

# CAROLO S. R. E. CARD. BARBERINO

## ARCHIPRESBYTERO BASILICAE S. PETRI

IOSEPHVS MARIA SVARESIVS
Epiſcopus olim Vaſionen. Eminentiæ Suæ
ea in Baſilica Vicarius.
Felicitatem.

## EMINENTISSIME PRINCEPS.

*VERSVRAM ex alieno facere videor, dum has opellas Eminentiæ Veſtræ offero, e quibus primam non e paupere ingenij mei penu, ſed ex amici primæ ceræ copioſis flauiſſis prompſi: verum & illa debetur Eminentiæ Veſtræ duplici nomine, auctoris ſcilicet ergo, & materiæ. Auctor fuit Dionyſius de Riues Auenionenſis, Ordinis S. Franciſci Capuccinorum, vir religioſus, qui a teneris vnguiculis incubuit litterarum ſtudio, tum Ordini S. Benedicti ſe addixerat in Cœnobio Pſalmodienſi, quod ſitum eſt in ea parte Narbonenſis Prouinciæ, quæ Lant-Gothia vocitatur: mox arctius inſtitutum profeſſus in Patria, Theologiæ dedit operam, & linguæ Hebraicæ, quam egregiè calluit. Is autem Emi-*



Digitized by Google

nentiſs. Card. Franciſcum Barberinum Emin. V. Patruũ Sacri Collegij Decanum, & S. Sedis Apoſtolicæ Vicecancellarium expertus eſt, & agnouit ſemper ſtudiorũ ſuorũ fautorem, & ἐργοδιώκτην, ab eo in Vrbẽ etiam euocatus, cui opus ſuum de voce Bereſith Typis editum nuncupauit. Iure igitur ea de cauſſa lucubratio hæc ad E. V. ſpectat, quæ per tãti Patrui veſtigia gradiens ad Eccleſiæ decus magnis paſſibus contendit, & alterum exhibet ſe Mæcenatẽ. Materia eſt Origenis, qui licet Eccleſiæ ſtella fuerit caduca, interdum tamen lucere non deſinit veluti lucerna in caliginoſo loco; deq; illius Hexaplis, & Octaplis Diſſertatio, quæ cũ ad me fuerit ſcripta, qui ab E. V. pendeo ex aſſe, ad E. V. in ſolidum pertinet; cumque inibi agatur de Sacrorum Bibliorum Verſionibus, & Baſilica S. Petri Auguſtiſſima, & toto Terrarum Orbe venerãda, cui E. V. tam pie, prudenterq; præſidet, Verſionem ſuam antiquam retineat in Pſalterio, fundus eſt totus, & integer E. V. Ea quippè de Verſione Corollarium attexere ſum auſus, marte quidem meo contextum, ſed condecoratum acerrimo iudicio doctiſſimi, nobiliſſimiq; Canonici, & Theologi Marij Alterij, cuius memoria in benedictione eſt, & elegantiſſima Præfatione ſuper illo Pſalterio, quod ille publici iuris fecit; & illuſtratum Notis Pereruditi Lucæ Holſtenij. Cum itaq; toties perſenſerim humanitatem E. V. minimè ambigo, quin clauſos nemini eius fontes, mihi nunc apertos eſſe velit, acceptumque habeat, & gratum, quantulumcumque eſt iſtud, mei nunquam interituri obſequij monimentum.

ILLV-

Digitized by Google

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

# D. IOSEPHO MARIÆ SVARESIO EPISCOPO VASIONENSI.

*Frater Dionyſius Auenionen. Capuccinus S. P. D.*

Illuſtriſſime & Reuerendiſs. Præſul.

MIRARI ſatis non poſſum, dum dignitatem, & amplitudinem Dominationis Veſtræ conſidero, & ad tenuitatem meam oculos refero, mirari (inquã) ſatis non poſſum, vnde tantus illius erga me affectus, tot & tãta erga me immeritum exiſtant beneficia, quæ ſi recenſere velim, deficiet calamus, & Epiſtola mea exitum inuenire non poterit; ſed maior ſtuporis occaſio ex vltima D. Veſtræ Epiſtola, præcipuè ex extrema illius clauſula, qua meum, cum imperare poſſit, iudicium petit circa Origenis Hexapla, vel Octapla, ſicut & Vaſioni iam antea viua voce hoc idem a me petierat. Erubeſco, & tantis honoris & amoris indicijs obruor, & ideò vt deſiderio Veſtro, & debito meo ſatisfaciam, conſuetam meam in ſcribendo ſegnitiem vincam, & ex ignorantiæ

meæ

meæ tenui penu depromam, non quod poſtu labit cauſſa, ſed quod inopia mea ſuppeditabit.

Quæſtio ergo, quę mihi tractanda proponitur, eſt; Vtrum conueniat Hexapla Origenis Typis mandari,præcipuè Vaticanis. Certè etſi mihi curta ſupellex, & exigua copia, ſed tanta ſeges argumentorum ab hac materia ſubminiſtratur, vt facile eſſet longa oratione Veſtræ D. aures fatigare;immò ſi ſolum illius operis vtilitates conſidero, infinita occurrent: Infinitę enim propemodum ſunt illius vtilitates, quas tamen,ne importunus ſim, ſilentio prætereo,& ne nimis diffluens moleſtus ſim, cancellos aliquos mihi præſcribam, extra quos non excurram, eoſque de natura rei,de qua nunc agitur,accipiã. Audio enim aliquos dicere: Bene eſt, vtilis eſt Hexaplorum editio, ſed periculum eſt, ne ex illorum editione editionis Vulgatæ Bibliorum minuatur auctoritas. Cui rationi ut occurram, tria plana facere cupio; primum,nullum ex hac editione Vulgatæ periculum;ſecundum, imò inde magnum Vulgatæ auxilium; tertiũ,ſi non typis mandentur Hexapla inde Vulgatæ timendum aliquod periculum,ſaltem apud hoſtes illius.

Primò, nullum ex hac editione periculum Vulgatæ.Editio Vulgata multorum ſęculorum commendatione venerabilis,in Cõcilio Tridentino Authentica declarata eſt, itaut in controuerſijs de fide, aut de moribus, nullum in ea poſſit ſubeſſe mendum, nullus error, nihil enim aſſerit,quod ſit negandum, nihil negat,quod ſit aſſerendum, itaut illam reijcere quouis prætextu nemo audeat, vel præſumat; & ſi aliqua concertatio

tatio in Eccleſia circa fidem, aut mores naſceretur, vni autem parti faueret Vulgata, alteri autem textus Hebraicus, aut Græcus, cùm e duabus contradictorijs vna tantum vera eſſe poſſit, illa tantum vera eſſe poſſet, cui faueret textus Vulgatæ; falſa autem altera, quæ pro ſe textum Hebraicum afferret,aut Græcum, ſi Vulgata contradiceret; eam enim eſſe mentem Concilij multi Doctores aſſerunt, quorum aliqui præſentes erant, dum hæc declarata ſunt: imò citatur ipſe Eminētiſſimus Cardinalis tit.S.Crucis in Hieruſalem, qui tunc in eo præſidebat Legatus, Marcellus Ceruinus,deinde Papa:cū ergo hęc veritas auctoritate Concilij roborata tantā Vulgatę dederit auctoritatem,quænam editio prçualere poſſit, licèt aliquibus in vocibus a Vulgata diſcrepet?

Prodeat nunc in publicum editio Origenis,cui quauis atteſtetur auctoritas, hanc eſſe verè Editionem Origenis diligentia emendatam, & qualem dedit Origenes, nunquam illi præualebit, quæ Eccleſiæ infallibili iudicio, & inter homines ſuprema auctoritate, & Spiritus Sancti dictamine authentica declarata eſt:illa quidem eſt pura, puta Origenis editio, nihil additum, nihil detractum. Fidem faciant etiam hi, quibus credere tenemur,& de quorum fide dubitare temerarium eſt, ſed tantum fidem facient eam eſſe Origenis; vtrum autem benè, vel malè Origenes ſcripſerit? vtrum ab omni errore libera ſit editio? nemo teſtabitur: Vulgatę autem Eccleſia hoc teſtimonium perhibet, nullum in ea ſubeſſe errorem; cur ergo timeat Eccleſia Origenis auctoritatem?

Præterea ſi ex aliquibus fragmentis Origenis

timen-

timendum aliquid, tenebris ergo addicantur omnia Origenis Opera, æqualiter enim formidanda, varias enim verſiones continent æque ac Hexapla, & omnia ab ipſo Origene emanarunt, non minus quam Hexaplorum fragmentum.

Si Vulgata timeat Origenis editionem, quæ fortè in aliquibus locis aliter loquitur, timeat ergo tot editiones Bibliorum lingua Hebraica, Arabica, Aethiopica, Græca, quæ ſæpiſſimè a Vulgata diſcrepare videntur, ad quarum tamen ſtudium Paulus V. Pontifex, in ſpeciali diplomate fideles adhortatur; nec timet, ne tot, ac tantæ varietates officiant Vulgatæ fidelitati.

Timeat tot Interpretum huius ætatis libros, propè infinitos, qui licèt verbis ſe Vulgatę mordicus adhęrere profiteantur, & contra aliquos pro Vulgatę auctoritate etiam cum bile, & conuicijs certent, omnes tamen, aut ferè omnes aliquibus in locis a Vulgata recedunt; nam cùm Textum Latinum ſecundum phraſem, aut Textum Latinum exponere nequeunt, ſecũdum originalem exprimunt, interpretationeſq; afferunt, quæ nullo modo cum Vulgata, perfectè autem cum originalibus congruunt; hoc tamen cum apertè non audent dicere, ingeniosè diſſimulant: & hoc pacto viri, qui ſpeciali inſtituto ſuæ regulæ in Vulgatam iurarunt, & contrà illam relinquentes acerrimè declamarunt, ad eamdem lapidem impingunt, & quod magis mirum eſt, omnes, aut ferè omnes tales ſunt, & fortè a nemine deprehenditur.

Si timeat Vulgata ab exiguo Hexaplorũ fragmento, tollantur omnes verſiones, Pagnini, Montani,

tani, Genebrardi, Felicis Pratenſis, Ioannis Campenſis, Complutenſis etiam editio, & infinitæ aliç, quæ ita inter ſe, & a Vulgata variant, pereant omnes illæ, vt Vulgata in honore habeatur. Imò omnes Patrum libri nobis timendi; nullus enim eſt, qui non in aliquo a Vulgata differat; quod ſi propterea timenda Origenis auctoritas, quid tāta nubes tot teſtium omni exceptione maiorum, omnium ſcilicet Patrum, aut ferè omnium?

Nonne hoc ſæculo circumfertur Libellus Frāciſci Lucæ Brugenſis de Romanis Correctionibus factis in Biblijs Vulgatæ editionis, cui adiungitur aliud eiuſdem Opuſculum, cui titulus iſte præfigitur, Romanæ Correctiones faciendç in Biblijs quando placuerit Summo Pontifici, vbi etiam legitur fragmentum Eminentiſſimi Cardinalis Bellarmini, vbi fatetur ſe cum alijs a Sede Apoſtolica ad correctionem Textus Vulgatæ deputatum, nō omnia errata, quæ vitio Librariorum irrepſerant, correxiſſe, ſed tantum præcipua; vnde defectus aliquis Vulgatæ tribuitur, & tamen nullum inde periculum Vulgatæ.

Nonne habemus Editionem Septuaginta Interpretum auctoritate Sixti V. editam, quæ ita a Vulgata diſcrepat? nonne in ipſa in ſingulis Capitibus mirç notantur Editionum varietates, quas Flaminius Nobilis a varijs 70. Codicibus, & a Sanctis Patribus ſumpſit? nec minus tamen in pretio eſt Vulgata.

Nonne vir ille doctus, cuius aliquod ſpecimen Veſtra mihi oſtendit Dominatio, varietates omnes Patrum circa Textum Scripturæ dare intendit, nec inde timetur, etiamſi vno, quaſi facto

agmine, quidquid ex Patribus timendum Vulgatæ ita ſimul pugnare videatur?

Si Martyrologium Romanum legamus, clarè ibi videbimus Decembris 25. in ſupputatione annorum Chriſti, ipſum diuerſum eſſe a Vulgata, & in Annotationibus verbis expreſſis Eminentiſs. Cardinalem Baronium profiteri Martyrologium ſequi modum ſupputandi Septuaginta Interpretum, eumque alijs præferre: ergo & Vulgatæ, quæ Textum Hebraicum ita magis ſequitur, & tamen nihil inde timetur Vulgatæ.

Nōne rideremus ſi illi ex antiquis Doctoribus, qui Antipodas eſſe negabāt, idque aſſerere eſſe cōtra fidē affirmabant? nonne rideremus, inquam, ſi legeremus, aliquos ex ipſis ſimul pertimuiſſe mercatorum nauigationes, ne contrarium aliquid hominibus detegeretur? ſed ſi verum eſt, nihil timēdum, ſi circa dubium omnis veritatis amator gaudet certior fieri, tandem veritatis manifeſtatio Eccleſiæ Catholicæ, nunquam timenda, ſed ſemper amanda, quærenda, amplectenda, & omnibus communicanda: Cur ergo timeat Eccleſia, dum veritas aliqua de nouo prodit in lucem?

Sed cur tot argumenta extra petuntur? ad ipſam Vulgatam totum contrahamus diſcurſum, ſi varietas aliqua inter Vulgatam, & Hexapla alicuius periculi metum eſſe ſuadeat, cum tamen valdè inæqualis Vulgatæ, & Hexaplorum auctoritas ſibi inuicem opponetur, quid erit ſi ipſa Vulgata Vulgatæ comparetur, & aliqua varietas circa eumdem Textum in eadem Vulgata reperiatur? eiuſdem auctoritatis erit vtraque editio, & tamen vna ab alia valdè diuerſa; vt Geneſ. 47.
verſ.

Digitized by Google

verſ.vlt. Adorauit Iſrael Deũ conuerſus ad Lectuli caput,& tamen Hebraicè ſic vertitur,Et adorauit faſtigium virgæ eius : Iſaiæ 6.verſ.11. præcipitur Prophetæ, Excœca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude,ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat,& corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanẽ eum; & tamen Matth.13.verſ.14. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt,nequando videant oculis. Et ita cap.act.28.verſ.26. & Ioann.12. v.40. legimus, Excœcauit oculos eorum vt non videãt oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos; hæc dicit Iſaias quando vidit gloriam eius, & loquutus eſt de eo. Præterea Pſalm. 37.verſ.7. Aures autem perfeciſti;quod repetitur Hebr.10.v.5.Corpus autem aptaſti mihi; & ſimilia, in quibus mira diuerſitas inuenitur, nec tamen vllum periculum Vulgatæ. Ipſa enim declarata eſt Authentica,itaut ad confirmandas de fide & moribus controuerſias valeat, nihilque in ea ſit, quod fidei, & bonis moribus repugnet, nihil aſſerat,quod ſit negandum, nihil neget,quod ſit aſſerendum. Licèt ergo variè Textum eumdem vertat, nihil tamen aſſerit quod negauerit, nihil negat quod aſſeruerit, non deſtruit id,quod ædificauit, nec ædificat id, quod deſtruxit, & idcircò non ſibi contradicit, nec ſuam auctoritatem minuit: ſit ergo quantalibet editionum varietas,modò in dogmatibus nulla repugnantia, nullo tamen modo Vulgatæ noxia, licèt vtraq;verſio in Vulgata reperiatur; multò minus cum vna editio in Vulgata, alia autem in aliquo libro a

Vulgata diſtinctò reperiatur: ergo Hexaplorum editio nullo modo Vulgatæ periculoſa eſt.

Secundò, imò inde magnum Vulgatæ auxiliũ, ſcilicet ad eam elucidandam, & defendendam. Ad eam defendendam; ea enim eſt verſionum, & originalium Scripturæ connexio, vt alia ſine alijs nobis obſcura remaneant; ſicuti enim Deus, qui varias Nationes longo Terrarum, ac Maris tractu ſeiunxit, tamen neceſſitate commercij fœderauit, dum quid in ſingulis Regionibus naſcitur, omnibus aut neceſſarium, aut gratum eſſe voluit, & ſingulis creaturarum ſpeciebus varias largitus eſt proprietates, vt omnes inter ſe, ac nobis etiam vtiles eſſent; vt neceſſaria, aut iucunda nobis earum opera nos ad earum conſeruationem adduceret. Ita & varias Scripturæ editiones tum originales, tum Interpretum, nobis & ſibi inuicem, aut neceſſarias, aut vtiles eſse voluit, mutuam ſibi lucem præbendo, vt ſingulariũ conſeruatio ita nobis clara, ita pretioſa eſset, vt etiam vel exigua fragmenta omni auro pretioſiora a fidelibus haberentur.

Ita Originalia Hebraica a Septuaginta Interpretibus, & a Vulgata meram accipiunt lucem: Ideò enim voluit Deus, vt in textu Græco 70. Interpretum, & in Latino Vulgatæ, multi adhuc remanerent Hebraiſmi, vt ante ſtudium linguæ Hebraicæ aliquid ex illius proprietatibus delibaremus; imò etiam phraſibus Hebraicis tritas haberemus aures, vt faciliùs fieret nobis Hebraicę linguæ ſtudium, voluit hoc etiam inde hauriri commodum, vt dum linguę originalis periti vellēt imperitis aliquid ex primariæ editionis phraſi

exactè declarare ex Textu Græco, aut Latino, phraſes Hebraicas faciles reperirent: ita & multi in Vulgata Græciſmi, qui Textui Græco lucem afferunt non exiguam.

In Textu etiam originali noui Teſtamenti, multos permixtos Hebraiſmos deprehendimus; ſicut enim multi hoc tempore Latinè ſcribunt, quorum phraſis vernaculam redolet; ita ſcripſerunt Apoſtoli, & Euangeliſtæ, Græcas ſcilicet voces vſurpant, phraſim omnẽ Hebraicam ſeruant, & ſic obſcurus eſt Textus noui Teſtamenti, dum Græciſmi cum Hebraiſmis permiſti leguntur: ſed quì fieri poteſt, vt Apoſtoli, qui Grammaticæ, & linguarum Magiſtrum habuerunt Spiritum Sanctum, ita corruptè, ac imperfectè loquantur, & quod vitio tribuitur, id & in Apoſtolis reperiatur? Verum perfectè linguas a Spiritu Sancto didicerant Apoſtoli in die Pẽtecoſtes, ſed inter varias illius temporis linguas, ea valdè communis apud Hebræos erat, in qua Hebraiſmus ſimul & Græciſmus confuſi, linguam Græcã, quę Helleniſtica dicebatur, componebant, & Iudæi ea vtentes Act. 6. v. 1. ἑλληνιςαὶ vocabantur, quaſi Græcũ affectantes; non enim ibi mentio de Gentilibus, quibus nondum apertum erat oſtium fidei, ſed Iudæis Græcum affectantibus. Sed cum patrio ſermone hoc ab illo tempore incepiſſe arbitror, in quo, vt legimus 2. Machabæor. 4. v. 15. Patrios quidem honores nihili habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: hæc ergo Iudæorum erat inter Gentiles commorantium dialectus; illa loqui & ſcribere conueniebat Apoſtolis.

Hanc ergo ſcire debemus, vt nouum Teſtamẽtum

tum exponamus ſecundum Textum originalem, & ſecundum Textum Vulgatæ Latinę;eadē enim ratio eſt, & præterea elucidatio vnius eſt elucidatio alterius; mirè enim Græcus, & Latinus Vulgatæ inter ſe conſentiunt in nouo Teſtamēto: ſed a quo lucem emendabimus?a puro Hebræo, & puro Græco multum quidem hauriri poteſt, ſi quod ſeorſim in linguis illis puris legimus coniungere,& miſcere ſciuerimus; ſed nō parū eſſet auxilij,ſi libros aliquos Helleniſticè loquētes prę manibus haberemus; ſed qui erant libri huiuſmodi, non Demoſthenes, non Xenophon, non Thucydides; puri enim Græci ſunt, ſoli 70. Interpretum libri hac lingua vſi ſunt:vnde qui vult ad noui Teſtamenti clariorem intelligētiam peruenire, hoc aſſequetur ſi diligenter voluat 70. Interpretes; in illorum enim ſtudio multum ad noui Teſtamenti expoſitionem proficiet: hoc ego expertus ſum trium annorum ſtudio, cuius ope multa apud Apoſtolorum libros intellexi, quæ neque apud Commentatores, neque apud Lexica inueniri potuerāt.Primitias huius laboris V.D. dedi aliàs, dum hanc vocem Apoſtoli exponerē, Exinaniuit ſemetipſum. Multa alia poſtea in nouo Teſtamento ex hoc tempore ſimili modo interpretatus ſum ex obſeruatione 70. Interpretū, quod ſi ea hic vellē exſcribere,quæ incredibilem animo meo voluptatē attulerūt;triennij labor hac Epiſtola cōcludendus eſſet;ſed ne nimis onerofus ſim,alteri occaſioni,& tēpori reſeruabo. At vnus reſtat ſcrupulus, quod ſemper gaudium ex hoc ſtudio natum exturbat, quod ſcilicet Hexapla nō habemus, huius autem ſcrupuli origo hæc eſt.

Orige-

Origenes videns ſuum Hexaplorũ Opus, licèt omnibus gratum, tamen propter expenſas, aut labores a paucis haberi, volens labore ſuo ſuccurrere fidelium pietati, id quod in varijs columnis ſparſim dederat, omnia in vna poſuit cum Aſteriſcis, & Obelis; aſſignatur Aquilæ Theodotioni, & Symmacho, & alijs id, quod diuerſum a 70. aut ſcripſerant, aut tacuerãt, prętermittens autem vbi cum 70. conſenſerant, hoc Opus a multis lubenter acceptum: ſed dum a multis excolitur, ſucceſſu temporis, ita notæ Aſteriſcorum, & obelorum a Textu elabuntur, vt quod a varijs acceptũ, id omne tanquam 70. Textus accipitur; cũ tamen ſit a varijs conſarcinatum: ſæpè ibi videmus duas interpretationes in vnam coaluiſſe, ſæpè alienas pro vera irrepſiſſe; ab vno codice tribui 70. Interpretibus, quod ab alio negatur, ſæpè 70. eſſe creditur, quod Aquilæ eſt, aut Symmachi, aut alterius: ideò ita ſtudioſè fragmenta variorum Interpretum requiruntur, vt certè ſciamus, quid 70. dixerint, quid alijs reſtituendum, quod nunquam clarè & diſtinctè fiet, donec Hexapla Origenis lucem videant: ſtatim enim reſtituentur nitori, ei ſaltem, quæ fuit tempore Origenis, & ab ea confuſione liberabuntur, quę poſt Hexaplorum editionem ex illa in vnum permiſtione ſequuta eſt. Nec timendum eſt propterea Vulgatam aliquid ex Aquila, aut Symmacho, aut Theodotione deſumpſiſſe, ſcilicet de viris malè de fide ſentientibus: huic enim veritati iam præluſum eſt non ſolum apud eruditos, qui ex Patrum lectione præcipuè Hieronymi, Theodoreti, & ex opere Flaminij Nobilii hoc agnoſcere potuerunt, ſed etiam

omnes

Digitized by Google

omnes qui Vulgatam legerunt; videbunt enim Daniel cap.13.& 14. vbi S. Hieronymus confitetur illa ex Theodotione integra deſumpta eſse: nihil ergo diſpendij, multũ autem vtilitatis haurietur ex illa Hexaplorum editione, purior autem lux, quo magis defœcata,& ab omni permiſtione per Hexaplorum inſpectionem libera erit,nec ſolum lucem ibi Vulgata inueniet, ſed defenſionẽ, & firmamentum.

Valet ergo & ad defendendam Vulgatam. Multa ab Hæreticis contra Vulgatã ſolent afferri, quibus variè reſpondetur a variis, idq; feliciter; ſed mihi inter alias in mentem venit methodus, quæ ex ſtudioſa 70. Interpretum obſeruatione deſumitur;ea autem eſt, obſeruari,vnde naſci potuerit omnis inter Vulgatam, & originalia diuerſitas, & quia omnis illa diuerſitas ab Hæreticis tamquam crimen Vulgatæ adſcribitur, curaui apud 70.Aquilã, Symmachum, Theodotionẽ 5. & 6.editionem,tandem apud omnes,quę mihi occurrerunt, eaſdem diuerſitates obſeruare, vt concluderem aut omnes Interpretes Scripturę erraſſe, aut ſi omnes ſimul condemnare nemo audeat, nec etiam Vulgatam vituperandam; cui idẽ licèt quod aliis adnotaui, etiam Rabbinorum,& Interpretum hæreticorum huius temporis verſiones varias, vt omnibus ſatisfaciam; varias enim a variis laudari expertus ſum: vt ergo omnibus probem Vulgatam perfectè expoſuiſse, ab omnibus argumenta quæro.

Verbi gratia, notant LXX.alia legiſse puncta, ideſt vocales,aliàs ab illis, quas nos legimus, vel quod, & probabilius, nulla inueniſse puncta in

Textu originali, & ideò pro arbitrio legiſse, & ſępè aliter ſe habet Textus Hebraicus hodiernus, & ideò ſenſum aliũ indicaſse; aliquando etiam literas alias legeram, non quod probè literas non noſsem, ſed quod exemplari non ita fideliter ob ſuſpectam Librarii fidem; aliquãdo iudicaueram alias literas ſubſtituendas earum loco, quas in Textu Hebraico reperiebam, aliquando & literas alias ſimills figurę mutuabar; ita vbi nũc legimus literã Daleth, ipſi legerant Reſc, & contra, vbi nos habemus Reſc, ipſi iudicarunt ponendum eſse Daleth: Vau pro Beth, Beth pro Caph; & contra ſæpè acceperunt; ſępè etiam literas eiuſdem inſtrumenti inter ſe permutarunt, quod etiã à Rabbinis fieri ſæpè animaduerti; nam & 70. & Rabbini ſæpè Scim indicauerunt eſse, vbi nos Sameth, quia ambæ literæ dentium: He pro Aleph ponendum, quia litera gutturis vtraque eſt; imò aliquando Iod pro Reſc, Mem pro Beth poſuerunt, cum tamẽ nec in figura, nec in pronunciatione aliquid ſimile haberent, vnde poſſit deſumi erroris ſuſpicio: præterea eorum iudicio literę Aleph, He, Vau, Iod, facile inter ſe mutantur; ſæpè etiam illę quatuor literæ indicãtur excidiſse, & reſtituuntur auctoritate 70. Interpretum: eædem voces ſæpè contraria ſignificant, & ideò quod in vno Textu in vno ſenſu, omninò contrario accipitur in alio loco. Hebræi non componunt verba vt Græci, & Latini, ſed tamen vnum verbũ ſemper continet ſignificationem omnium compoſitorum noſtrorũ, vt diſcimus à 70. Interpretibus, qui modò reddunt per verbũ ſimplex, modò per vnũ cõpoſitũ, modò per aliud;

 idem

idẽ verbum ſignificat velare, auolare, immolare. Hebræi carent caſibus, vnde a 70. idem modò redditur in nominatiuo, modò in genitiuo, datiuo, accuſatiuo, vocatiuo; quod tamen Hebraicè eodem modo enunciatum eſt; eamdem vocem iiſdẽ literis ſcriptam, modò reddunt in indicatiuo, modò in imperatiuo, ſubiũctiuo, optatiuo, infinitiuo, modo in futuro, modò in præterito, modò in præſenti: eadẽ vox, Nagaph verbi gratia, apud illos ſignificat idẽ, quod quinq; illæ voces, percutiebam, percuſſi, percuſſerat, percuſſerit, percuſſiſset; ac idem hæ tredecim Grçcę, ἔτυπτε, τέτυφε, ἐτετύφει, ἔτυκε, ἔτυπε, τύπτοι τετύφοι, τύψαι, τύποι, τύπτῃ, τετύφῃ, τύψῃ, τύπῃ; aliquãdò iudicarunt literas in vna dictione fuiſse tranſpoſitas, & denuò tranſponũt, vt reſtituãt, & exponãt in sẽſu valde diuerſo, literas iudicarunt deeſse, quas denuò addunt, ſuperfluas aliquas, quas auferunt: ſæpè mutauerunt interpunctionem, ſæpè literam, quam inuenerant in fine dictionis vnius, iudicauerunt pertinere ad initium ſequentis, & quod initio vnius, reſtituendum fini præcedentis; ita & iudicauerunt de vocibus in ordine ad verſus, & de verſibus in ordine ad capita, ſeiungentes ab vno, & alteri iungẽtes, aliquando duas eiuſdem vocis, imo & eiuſdẽ verſus, interpretationes dederunt, & ſimul iunxerunt; ſæpè dum vox vna plures habet interpretationes, vnam interpretationem pro alia poſuerunt, vt, legem ponere pro docere, quia idẽ verbum Hebraicum vtrumque ſignificat; aliquando voces quidem Græcas habent, ſed Hebraiſmum ſeruant; aliquando illum diluunt, eamdem vocẽ,

quam

quam nos putamus eſse nomen propriū,ipſi vertunt more appellatiui reddētes interpretationem nominis pro nomine; aliquando autem quod putamus nomen appellatiuū,ipſi ſcribunt more proprij, vocem Hebraicam intactam ſeruantes; aliàs verſus integros ex traditione addiderunt, quos ſcilicet in originalibus non legimus ex alia radice, quam prima fronte appareat, aliquando Hebraica verba, & nomina deriuarunt: ideò etiam interpretationes minus vſitatas dederūt,& ſubſtituerunt aliqua, nē Ptolomęus Rex inde ſcandali occaſionem acciperet; ita vbi Textus Hebraicus habet Pſal.83.v.12. *Sol,& Clypeus Dominorum*, ne Ptolomęus ſuſpicaretur Iudęos aut Solē,aut Clypeum colere, ſicut multæ Gentilium nationes, maluerunt vertere, quia miſericordiā, & veritatē diligit Deus, quę eſt interpretatio myſterij, loco verſionis litteralis: & Pſalm.96.v.11. vbi Textus Hebraicus habet *Lux ſata eſt ſexto*, quia inuſitata eſt Græca hæc metaphora, 70. vertentes vnam literam in aliā ſimilis pronūciationis, ſeu eiuſdē inſtrumenti verbū,*Lux orta eſt iuſto*;myſteria etiā, quæ de Chriſto clarè, & ſubtiliter loquuntur, de induſtria occultauerunt, ne crederet Ptolomæus duos Deos a Iudæis coli;alia etiā verterunt,quorum rationem,& regulam nullam inuenimus.

Dum hæc conſidero,ad Vulgatā oculos refero dicens,ſi hæc omnia licuerunt 70. Interpretibus, cur nō Vulgatæ Auctori?ſi hæc omnia Synagogæ ſeneſcenti,cur non Eccleſiæ Catholicæ,etiam aduerſariorum confeſſione tunc floreſcenti? ſi hæc Synagoga dum eſſet propè interitum,vt verbis S. Pauli vtar,cur non eadem poterit Eccleſia,quam

 viſi-

viſitauit Oriens ex alto? ſi Editio illa 70. cum tanto plauſu omnibus, quæ iam præceſserant ſæculis,ab Eccleſia Catholica recepta eſt, cur vitio tribuitur Vulgatæ, ſi ea habet vnde 70. laudem conſecuti ſunt, eamque etiam palam multi propheticam, & miraculoſam fuiſſe 70. Interpretum verſionem aſſerant.

His ita firmatis toto ſęculorũ concurſu,infinita erui poſſunt argumēta a 70.Interpretibus ad Vulgatæ defenſionem;quidquid enim in ea arguitur, id ſumma cum veneratione a 70.acceptum eſt: ſi ergo miretur aliquis, apparentem verſus alicuius diſſonantiã cũ originali,hoc ex eo prouenit,quod non aduertat Auctorem Vulgatæ alia puncta aut legiſſe,aut iudicaſſe in Textu Hebraico.Idem autē alias literas in Textu Originali poſitas inuenit,aut ponendas eſſe coniecit,aut mutādum eſſe literarũ ordinem indicauit,aut ab alia radice petendã eſſe ſignificationem, aut verbum Hebraicum ſimplex exponitur per Latinum compoſitum, aut quia liberum eſt, per quem voluerit caſum vertere; aut tempus, aut vocem vnam elegit ex multis, quæ reddere licebat;aut quia hæc litera, aut vox, aut verſus ad ſequentia ſpectat, quæ originalia huius temporis iunguntſpræcedentibus,aut præcedētibus iungendum,quod iam legitur cũ ſequentibus in Textu originali; appellatiuum eſt quod Hæreticus Vulgatæ accuſator proprium indicat, aut proprium quod ipſe appellatiuum;hic aliter vertitur, non quod deceptus ſit Vulgatæ Auctor,ſed quia Scriptor Textus Hebraici, qui nunc legitur, deceptus eſt in literarum ſimili figura, aut ſono, quod nos ignoramus,vbi Scriptor Vulgatę melio-

tes nactus Codices aliter legit ac nos; ſæpè Hebraiſmus eſt in Vulgata, quod Hæreticus ſecundum Latinam phraſim exponens ad ſuos errores trahit; vt dum 1. Corinth. 10. verſ. 16. legimus, *Panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini eſt?* Inde enim putat impugnari realem præſentiam Corporis Chriſti in Euchariſtia; ſic enim inferre conatur; ſi poſt conſecrationem præſens eſt Corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, & id quod vocatur panis, poſt conſecrationem eſt Corpus Chriſti, ecce Textum, vbi vocatur panis poſt conſecrationem, & tamen dicitur frangi, ergo Corpus Chriſti, quod in Paſſione ſua non eſt fractum, iam poſt Reſurrectionem ſuam frangeretur, quod non ſolũ abſurdum eſſet, ſed blaſphemia: ſed hoc argumentum, ſeu potius ſophiſma ſæpè mihi propoſitum, facile mihi fuit ſoluere, dum oſtendo Textum noui Teſtamenti Hebraiſmis abundare, at ſecũdum phraſem Hebraicam, frangere ſignificat in cibum diſtribuere. Frangere ergo hunc panem, ſeu Corpus Chriſti, non aliud eſt, quam in cibum diſtribuere.

Tandem poteſt reſponderi id, quod legẽdo 70. didici, multa ſcilicet eſſe Capita alia, multos fontes, vnde petitur diuerſitas interpretationum, quę tamen a nobis deprehendi non poſſunt. Maxima ergo temeritas eſt Vulgatã, imò Eccleſiã Vulgatæ approbatricẽ condemnarẽ, quia aliquid apparet in ea ab originalibus hodiernis diſcrepans; corrige potius iudicium tuum particulare, & Eccleſiæ ſubde.

Hæc, & alia huiuſmodi pro Vulgatę defenſione

hauſi

hauſi ex libris 70.Interpretũ, ſed vnum eſt,quod reſponderi poſſe præuideo; quod ſcilicet 70. Interpretum Editio valde permiſta, & conſarcinata eſt ex variorum interpretationibus, hoc mihi alia occaſione dixit Caluiniſta quidam. Ad antiquam puritatem ergo eſt recurrendum: & quandoquidem illa permiſtio facta eſt poſt Hexaplorum conſtructionem, dum ex pluribus columnis vna facta eſt, denuò redeundum eſt ad Hexapla, aut Octapla, vt videamus quid verè 70.Interpretum, quid aliorum ſit? & ſic fortiùs argumentabimur ad Vulgatæ defenſionẽ.Præterea expertus ſum aliquos eſſe,eoſque doctiores inter Hæreticos, eoſque magis temerarios, qui pluris faciunt auctoritatem Aquilæ, Symmachi,& aliorũ, eoſq; 70. Interpretibus pręferunt, & ideò vt illorum armis Vulgata defendatur,etiam ex illis peto argumenta; ſed quænã ex fragmentis erui poſſunt? certè plura, & fortiora ex Textu integro, qualia in Hexaplis habentur: pręcipuus ergo huius editionis ſcopus eſſe debet vt 70. puriùs edantur, Vulgata defendatur, & potentius,cum alioquin debiliores ſint rationes noſtræ, vnde hæc ſola cogitatio remiſſiorem me fecit in inueſtigandis argumentis, a 70. ad Vulgatæ defenſionem, ſed Hexaplorum ardentius in me deſideriũ excitauit, quod mihi cum omnibus fidelibus commune eſſe deſidero.

Hęc aliàs dicebam Domino de Peyreſc viro ad iuuandas literas nato, dum enim de epiſtolari illius cum Orientalibus commercio cũ eo colloquerer,dixi illa inter alia:Optime Peyreſci,qui ea polles apud Orientalęs auctoritate, vt multas

Oriẽtis latebras & prętioſiores theſauros inueſtigare poſſis O ! ſi Hexapla Origenis, aut Octapla eruueres e tenebris, quãtum obſequium exhiberes Eccleſię. Ad quam vocem latens, & quaſi ſopitum antea gaudium ita excitatum eſt, vt totum ad faciem aduolans, ſubito ita ad lætitiam cõpoſuerit, vt hæc præ gaudio verba exprimens reſponderit; Nõ ad alium finem frequenter Orientalibus ſcribo, nec aliud quæro, quã Hexapla: hæc ille quaſi alia ſolum vt Parerga, iſtud, vt proprium ſuum opus quaſi vnicum, & ſolum aſpiceret. Aliquot deinde elapſis diebus, cum ad eum redijſſem; gratum, inquit, tibi nuncium affero, Eminẽtiſs. & Reuerẽdiſs. Car. Barberinus habet partem Hexaplorum Origenis: ad quam vocem ego exultabũdus ſtatim exclamo; O! vir optime, ea, qua polles apud Eminentiſs. Principẽ gratia hortare, vt Opus illud toti Eccleſiæ commune faciat, nec gaudia noſtra moretur. Nec ſolum ego Dominum de Peyreſc rogaui, vt rogaret, quod & feciſſe arbitror; ſed quandoquidem (Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Prę ſul) maiorem tibi Deus dedit gratiam in conſpectu Principis, vtere fiducia, qua Eminentiſs. Domino Cardinali & loqueris, & ſcribis, flagita, vt aureũ illud opus euulget, quandoquidem nullum inde periculũ Vulgatæ, imò maxima vtilitas, ſed plus dico, periculum aliquod eſt, ne calumniæ aliquam occaſionẽ arripiãt Hæretici, ſi tenebris addicatur.

Tertiò; periculum Vulgatæ ab Hæreticis, ſi Hexapla abſcondantur. Si enim audiant, imò iam audiſſe non dubito, apud Eminentiſs. Card. Barberinum partem Hexaplorum Origenis reperiri, vt ſunt ſimilium librorum valdè cupidi, ſtatim in-

quirent

inquirent cur Princeps tãtus, & literarum tantopere amator, Nationum omniũ teſtimonio commendatus, & apud ipſos Eccleſiæ Romanæ hoſtes magno in honore ob eximias animi dotes, tamen publico negat hoc Opuſculum, tantum bonũ publico inuidere, non iudicabunt, tantę apud Hæreticos ipſos exiſtimationis eſt virtus illius, quod ſi audiãt ideò retardari, imò denegari huius Operis impreſſionẽ, quia timetur Vulgatę, cuius auctoritas periclitabitur, ſubito calumniãdi ſtudio, & ex curioſitatis offenſæ indignatione in huiuſmodi ſermones erumpent: quidnam eſt opus Vulgatæ editionis, quod ita leuem Origenis auctoritatem pertimeſcat? quodnam aurum eſt hoc, quod timet lapidem Lydium, quæ pulchritudo illa eſt, quæ ſpeculum reformidat? deformitatis ſignum eſt velle, vt ſpeculum lateat, defectus ſignum eſt lucẽ fugitare, aut velle, vt faces, & lucernę ponantur ſub modio, nõ ſuper candelabrum: diffidunt cauſę ſuę Romani: cũ teſtes audire nolint, qui odio habet lucem, aut male agit, aut male credit, hæreſes ad ſuas origines reduxiſſe, confutaſſe eſt; veritatem autem ad fontes ſuos deduxiſſe confirmaſſe eſt; nimis puſillæ fidei eſt qui ita credit, vt tamen veritatis manifeſtationem timeat. Hæc, & alia ſimilia dicent; ita temerarij ſunt, & minus parati erunt ad redeundum ad Eccleſiam. Antiqui Gentiles, dum Chriſtianos firmiter adhærentes Chriſto, ipſumq; etiam in ſupplicijs audacter confitentes viderent, adducebantur ex hac conſtantia, vt inquirerent quænã hæc Religio ita in corde radicata, vt multis neq; ſupplicijs, nec pollicitationibus eradicaretur? pro qua etiam mori

gaude-

gaudebant, eiuſq;profeſſores hic Chriſtianorum conſtans animus argumentum illis erat excellentiæ fidei noſtræ, adducens illos, vt eam laudarent, & tandem amplecterentur.

Contrarium accideret in hoc caſu, ſi hoſtes Eccleſię formidinem aliquam in Hexaplorum euulgatione deprehenderent, ſtatim dicerent, quænam profeſſio hæc ita formidoloſa, quænam ſcriptura ita infirma? vt etiam a leuioribus fragmentis hominis ſuſpectæ fidei metuat, abſit vt aliam profeſſionem amplectar, quæ cum formidine tenetur.

Oſtendi ergo Deo fauente ex Octaplorum, & Hexaplorum editione nullum periculũ Vulgatæ, cum sẽper ęquiualitura ſit inter Chriſtianos Catholicos, ad confirmandas controuerſias de fide, & de moribus: quod ſi fragmentum vnum Hexaplorum illi timendum ſit, timeat etiam editiones Hebraicas, Græcas, Arabicas, Aethiopicas; timeat omnes Interpretes Scripturæ, tum antiquos, tum recentiores, timeat omnia omnium fermè Patrũ ſcripta, timeat omnes paraphraſum verſiones, notationes, obſeruationes, correctiones, tum factas, tum faciendas, quæ Typis mandatæ ſunt, timeat ſeipſam dum Textum eumdem variè vertit: imo ab Hexaplis magnum Vulgatæ auxilium; illius enim phraſis elucidatur, vocum ſignificatio vnitur, cum multi antiqui Textus exponuntur, & quidquid varium videtur, defenſionem ſuam inuenit in Hexaplorum editione; timeat potiùs ab Hexaplorum occultatione, ne ſcilicet tremor occultantium ab hæreticis agnitus, calumniæ fomitem illis ſubminiſtret: dum dubitat dicere quod cum timore ſeruatur, timeatur ne nos in eorum

numero ponant, qui trepidauerunt timore, vbi nõ erat timor.

Nihil ergo ab illa euulgatione timendum, nũquam veritas Religionem deſtruit, nec Religio veritatem. Religio enim, & veritas contraria non ſunt, nec latere debet iſta, vt illa appareat, nec multum firmiter Religioni adhæret, qui præcipuas eius columnas ita nutare putat: timeat qui ſuper arenam ædificauit, non qui ſuper petram: Lucerna non accenditur, vt ſub modio lateat, qui contrà facit Chriſto contradicit. Sol maculas non timet, nec Regia maieſtas famulorum præſentiã; quo purior veritas, eò fidelibus amabilior? Ergo omnis timor abſit, perfecta charitas foris pellit timorem; charitas ergo, quæ non quærit quæ ſua ſunt, charitas omnibus officioſa, Eccleſiæ vtiliſſima, omnem expellat timorem, vt Eccleſiæ bono, & Vulgatæ vtilitati det hanc ab omnibus bonis deſideratam Hexaplorum euulgationem, nec nobis diligentiæ palmam præripiant hæretici, qui hoc tempore in Anglia nouam 70. editionem moliuntur, illam antiquæ puritati reſtituere promittentes, ſi paratiores ſint ad nos decipiendos, quam nos ad illos erudiendos, & velociùs ipſi ſua mendacia patefaciant, quàm nos veritatem.

Aquis Sextiis iij. Idus Iulii 1638.

Digitized by Google

Digitized by Google

# COROLLARIVM IOSEPHI MARIAE SVARESII

## EPISCOPI OLIM VASIONENSIS

Vicarij Baſilicæ S. Petri, & Aſſiſtentis S.D.N.

*De Pſalterio Romano ad vſum Baſilicæ S. Petri.*

ANTIQVISSIMAM omnium linguam eſſe Hebræam, & illa prius quàm Turris Babel conſtrueretur, Adamum, eiuſque Poſteros vniuerſos loquutos, paſſim patet ex etymis nominum, quæ traduntur in Geneſi, & cenſent Origenes, Sanctus Ioannes Chryſoſtomus, Diodorus Tarſenſis, Sanctus Auguſtinus *lib.16. de Ciuitate Dei cap.* 11. Alciatus *lib. 2. de Verbor. Significat.* ex Euſebio Meſſias in *Varijs Lectionibus*. Etſi Theodoretus Cyri Epiſcopus, ſiue Cyriæ Ciuitatis, quæ a Cyro Perſarum Rege condita ſeruat hodieque apud Syriam nomen Auctoris, Gennadio teſte *lib. de Vir. Illuſt. p.* 206. Theodoretus (inquam) fauens patriæ, ſiue



Digitized by Google

Sponſæ ſuæ, Syriacam, quæ Dialectus eſt Hebrææ, ſiue proles (ab illa etenim tamquam matrice profluxit ipſa) linguam perperam obtrudat, vti vetuſtiſſimam; & Goropius Becanus putidè, atque ridiculè Cimbricam, ſiue Flandricam accerſat.

Erat quidem Terra labij vnius, ſeu linguam Hebræam vnam cuncti mortales vſurpabant; donec Deus eorum, qui ædificabant Turrim Babel, confudit, atque commiſcuit linguas, ita vt non perciperet quiſquam, ſiue intelligeret vocem proximi, & vnuſquiſque ignoraret loquelam alterius. Confudit Deus hominum labium, ſeu linguam, quaſi diuidendo, & ex ea matrices linguas varias inſtituendo, ac indendo intra humana ora, vt dum plures loquerentur non vna vox ſimilis reſonaret, vnaque lingua proferretur, ac diuerſæ multorum voces, atque diſſimiles exaudirentur, & linguæ multiplices in aures alienas influerent.

Elementa certè primæuæ linguæ Hebrææ (puta litteræ, quæ ſunt imagines vocum, vti voces figuræ cogitationum) apud omnes Gentes ferè permanſerunt, eædem, ſed aliter combinatæ, atque traiectæ, ſicut & permultæ ſyllabæ, atque dictiones perſtiterunt, ſaltem detortæ ac deformatæ, & aliud hæ, aliud illæ ſignificarunt: denique alijs linguis plurimæ voces, & phraſes Hebrææ fuerunt permiſtæ; vti ſaccus, cornu, opera, oceanus, Næniæ, nugæ, Camelus, & ſimiles, quas ab Hebræis acceptas, pleræque nationes etiamnum retinent,

cu-

cuiuſmodi complures Poſtellus collegit, & Auenarius, qui ſuo in Lexico Græcas omnes fermè deriuat ex Hebræis, & Alciatus *lib.* 2. *Parerg. Iur. cap.* 8. Origenes, SS. Hieronymus in *cap.* 3. *Sophoniæ v.* 18. & Auguſtinus *lib.* 16. *cap.* 11. *&* *lib.* 18. *cap.* 39. *de Ciuit. Dei*. Toſtatus, Oleaſter, Caietanus, Genebrardus, & alij obſeruant in ſolo *Heber*, eiuſque domo, ac poſteris (de quibus Geneſ. *cap.* 10. *v.* 25. *&* *cap.* 21. *v.* 18. quin *lib.* 1. *cap.* 1. *v.* 8. *Paralipomen.* vbi *Heber* enuntiatur *Pater Phaleg*, cuius in diebus diuiſa fuit terra, ideoque *Phaleg* nominatus extitit) In his (inquam) cum vera fide, religione, ac pietate perduraſſe primigeniam linguam, potiſſimum in Abraham, qui Hebræus ab Heber appellatus, vel quaſi περάτης, quia Tranſeuphratenſis, nam ea è regione aduenerat in Chananæam, ex Geneſ. *cap.* 39. *v.* 14. Ioſ. Scalig. 242. *&* 36 *Epiſt.* Morin. *exercitat. in Pentateuchum Samaritan. p.* 107. Bochart. *lib.* 1. *Phaleg. de Linguarum confuſione, cap.* 15. In cæteris hominibus Deus iam inde à Turre Babel extrui cœpta & inchoata, non tamen vnquam perfecta, deleuerat eiuſdem linguæ Hebrææ habitum, & nouum promptiſſimumque nouæ linguæ proprium vnicuique, & alium ab illa inſeruerat; qua illi, poſterique vterentur. Ita probant Pererius, & Cornelius à Lapide *in commentarijs ad Geneſim*.

Voluit tamen Supremum Numen, vt, quando Hebræa in lingua Dei nomen Tetragrammaton erat, ſiue quatuor continebatur litteris, in alijs quoque idiomatibus Tetragram-

 maton

maton foret, tum vt, vel hinc reliquæ Gentes vnanimes conſpirando ſequerentur Hebræos, vt in diuina vocatione, ſic in Dei etiam inuocatione, neque Dei tantùm nomen ſimiliter efferrent, ac effarentur, verùm & Deum noſſent, colerent, venerarentur; quibus Hebræi ritibus, & qui ſucceſſerunt illis Chriſtiani veri ſecundum Spiritum Iſraelitæ agnoſcunt, colunt, atque venerantur: tum ad deſignandam immutabilitatem Dei quaternario & Cubi numero; quin & Deum rerum omnium cauſſam eſſe; nam quaternarius decimum numerum gignit, & complectitur, ex arguta Pythagoræorum obſeruatione, nimirum 1. 2. 3. 4. efficiunt 10. Iurabant illi per quaternarium & Opificem omnium: Pythagoræ aſſecla Hierocles aſſeruit iſtum numerum, teſte Georgio Veneto. *Tom. 8. Cantic. 1. cap. 13.*

Quatuor igitur Piſcatores præcipue ad Euangelium ſuum diſſeminandum in Orbem Terrarum miſit Chriſtus Dominus, quatuor eius Scriptores conſtituit inſtar quatuor animalium Ezechielis *cap. 1. v. 5.* & quatuor quadrigarum Zachariæ *cap.* 8. quibus vehimur in Cælum, ſicut Helias in æthera. S. Auguſtinus *lib. 1. cap. 15. de Conſenſu Euangeliſtarum: Hæ ſunt* (inquit) *Sanctæ quadrigæ, quibus per Orbem vectus Chriſtus ſubigit populos leni ſuo iugo*. Et in hanc fermè ſententiam S. Ioannes Chryſoſtomus *Ser. in SS. Petrum & Paulum, pag.* 314. præclarè diſſerit, vbi Voſſius. His quatuor angulis Eccleſia primum conſtructa fuit, ita teſtatur auctor Commentariorum in S. Marcum *cap.* 1. Tetradrag-

Digitized by Google

dragmum pro ſe, proque Petro Chriſtus iuſſit exſolui. Quatuor ſunt in Sacroſancta Trinitate Relationes, quatuor Orbis partes, totidem Mundi cardines, totidemque venti Cardinales, quatuor anni Tempeſtates, quatuor Elementa, quatuor Virtutes morales potiſſimæ, quatuor humores, & totidem hominis Ætates, auctore Galeno. Conſulendus Bungus de Numeris, vbi de Tetragrammato, & Marianus Epiſcopus Reatinus in *Epiſtolam* 136. S. Hieronymi, ad nonum e decem Diuinis nominibus agit, & de nomine Dei Adonai, ſeu Elohim Τετραγραμμάτῳ non Iehoua. Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis Bona *p.* 38. *Harmonia Pſallentis Eccleſiæ*, doctiſſimè.

**Iſto idiomate, quod ante diluuium Tur**rimque Babel vnicum erat, Deus alloquutus eſt Mortales, ſeu Patriarchas, eoque viciſſim homines illi Deum ſunt affati; eo fœderis, ſeu Teſtamenti veteris præſertim libri concepti fuerunt, vnde appellatur paſſim lingua ſacra, qua per Moyſem legislatorem Altiſſimus Decalogum, & alia præcepta moralia, iudicialia, & cæremonialia tradidit, Spiritus Sanctus per Prophetarum ora dictauit Myſteria, & Vaticinia, tàm Maiorum, quàm Minorum aperiens labia: Euangelium præterea S. Matthæi, & Epiſtola S. Pauli ad Hebræos exarata ſunt Hebraica lingua, etſi nunc exſtent tantùm Græcè, ac Latinè. In nouo Teſtamento Chriſtus Dominus ea lingua vſus eſt in rebus doctrinalibus; at lingua Syriaca vernacula & vſitata Hieroſolymis, perque Palæſtinam in alloquijs ad populum, inque

vili-

viſibilibus miraculis patrandis, ne vis aliqua putaretur ineſſe Hebraicis à ſuperſtitioſis Cabaliſtis, præcipuè in extrema Cœna, cum Epitomem, & memoriam ſuorum mirabilium, Euchariſtiam ſcilicet, inſtituit. Affirmat, & approbat id Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus *lib. 1. de Sacram. Euchar. cap. 11. p. 373.* Scortia *de Sacrif. Miſſæ l. 2. cap. 12.* Fronto Ducæus in *Pleſſ. de lingua, qua ſunt miniſtranda Sacramenta*, Cardinalis Bellarm. *Tom. 2. Controuer. lib. 2. de Sacram. effect. cap. 31.*

In Benedictionibus quidem Iudæi vſurpabant eam propter antiquitatem, immutabilitabilitatem maieſtatem, decorem, atque dignitatem; Chriſtus autem benedixit dum conſecrauit, imò benedicens iiſdem verbis, vt euincit Reuerendiſſimus Pater Raimundus Capiſuccus Ordinis S. Dominici è S. Paulo poſt S. Thomam, aliòſque complures in *Tract. de Bened. Euchar.* Adde illis Lutolphum Cartuſianum *de Vit. Chriſt. par. 2. cap. 16. p. 265. col. 3.* qui concludit in his verbis: Nulla alia intelligitur benedictio, niſi ſacrorum verborum prolatio, S. Ambroſius *lib. de his, qui myſterijs initiantur, c. 9.* Ante benedictionem (ſcribit) verborum Cæleſtium alia ſpecies nominatur, poſt benedictionem Corpus ſignificatur ſigno, quod continet ſignificatũ, ſiue idẽtitatis, vt Infans pannis inuolutus in præſepio poſitus ſignificabat natum Saluatorem mundi, & erat idem ipſe Saluator. Lucæ *cap. 2. v. 12. cap. ante 40. diſt. 12. de Conſecrat.* S. Paulus ad *Corinth. cap. 10. v. 16. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio Sanguinis Chriſti eſt?* Vnde

vocata eſt Euchariſtia, interdum Eulogia myſtica à S. Cyrillo Alexandrino *in Epiſtola ad Neſtorium*; quandoque ſimpliciter Eulogia à S. Maximo Martyre ad *cap. 3 Eccleſ. Hierarch. S. Dionyſij*; frequentius tamen pro Pane, qui eius vicem ſupplet, aut alia re benedicta, ſiue frugibus, ſeu donis, vel Reliquijs & beneficijs Sanctuarijſque. Vide *Magr. in not. Sacr.* & Cabaſſutium in *not. ad Concil. tom. 1. Liturg. p. 503.* Panis tunc vocatur Sanctificatus à Paulino Nolano *p. 541.* & Agapæ *p. 657.* Gregor. Turonen. *lib. 5. cap. 14.*

33. S. Petrus Chriſti Vicarius etiam Hebraico ſtylo Miſſam celebrauit, vti non ſolus Eckius refert, ſed & Durandus *cap. 1. lib. 4. Rationalis*: vbi prodit in primitiua Eccleſia diuina Myſteria fuiſſe celebrata Hebraicè, & Hadriani Aug. tempore demum Græcè in Oriente peragi cœpiſſe omninò, vti arbitratur R. P. Cotonus Soc. Ieſu *pag. 428. de Miſſæ inſtitutione*, Genebrardus idem innuit in *Chronolog. part. 2.* aſſerens ſcriptum Hebraicè S. Matthæi Euangelium pro nationibus Orientalibus, quæ Grammaticam Hebraicam edoctæ fuerant. Vnde Indi colebant Miſſam Hebraicè ſequuti S. Bartholomæum, & Pantenum virum Apoſtolicum, præceptorem Clementis Alexandrini, qui eum Apem Siculam vocat *lib. 1. pag. 274.* Crediderim tamen S. Petrum Græco Sermone Antiochiæ, mox Latino Sacrificium illud auguſtiſſimum peregiſſe tàm Neapoli, quàm Piſis, ac denique Romæ, vt obſeruabam *lib. 2. cap. 1. Praneſtes antiqua*: conijcioque Marcum Euangeliſtam, (quo comite, ac interprete S. Petrus vſus) Miſſam Latinè ver-

tiſſe, vel ex Hebræa vel e Græca S. Iacobi, ſicut Euangelium Latinè conſcripſit. Erat Marcus Chriſti Diſcipulus & S. Petri filius, vti vocat eum Sanctus ipſe Petrus *cap. vlt. Epiſt.* 1. ſcilicet ex Baptiſmo, & ob doctrinam, quin & ἀδελφιδῦς teſtante Niceph. *lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap.* 43. i. filius fratris, ſeu Sororis, ſiue Nepos.

m Quamuis Apoſtoli omnes dono linguarum fuerint ditati, vtque S. Baſilius *Homil. de Feſto Pentecoſtes* dixit, omnium linguis loquuti, ita vt eorum conciones capere potuerint vniuerſæ nationes. S. Leo verò *Serm.* 1. *de illo Feſto*, ait propriæ ſingularum gentium voces factæ ſunt in Eccleſiæ ore communes, fuſe *S. Gregorius Nazianzenus orat.* 44. *in Sanctam Pentecoſtem p.* 986. vbi poſt *audiebant*, punctum addit, & ſecernit quod ſequitur: *Loquentes lingua ſua*. Adi Bartholomæum Lintrenſem in Acta Apoſtolorum, ad illud: *Loquebantur varijs linguis, & audiebat vnuſquiſque illos lingua ſua loquentes*. Certe S. Cyprianus *Ser. de Spiritu Sancto p.* 400. Vna lingua, operante (ait) Spiritu Sancto intellectum omnium erudiebant; & apud S. Auguſtinum legimus in *Pſalmo* 54. Apoſtoli vna lingua loquentes ab omnibus intellecti ſunt. Conſulendus S. Antoninus *p.* 1. *Hiſtor. tit.* 6. *cap.* 2. *§.* 1. *col.* 1. *p.* 128 & Summa S. Thomæ, Auctor etiam Maris *Hiſt. Act. f.* 67. *cap.* 1. vbi tres opiniones recenſet, ſicut interpretes alij.

n Quamuis (inquam) inſtar aliorum Apoſtolorum S. Petrus eorum Coryphæus munere linguarum fuerit adornatus, tamen non conueniebat diuinæ Iuſtitiæ, vt Deus ſemper mi-

ra-

racula patraret, ex Marſilij Ficini effato *lib.* 1. *de Chriſt. Relig.* quia non eſſent mira; namque illis aſſueſcentes homines minime mirarentur, nec fit ab aſſuetis paſſio, permittitque ſæpius naturæ Dominus, vt ordine naturæ ſeruato ſecundæ cauſſæ operentur, cum ſit ipſe prima cauſſa. Deus profectò, ne qui conſtruebant Turrim Babel, eam altiùs attollerent, ac perficerent, imo vt à cœpto deſiſterent, immiſit linguis conſtruentium varia idiomata, ne ſeſe mutuò exaudirent, ac intelligerent, & adiuuarent in auſu Gigantæo. Ille ipſe Deus varia ſuis Apoſtolis immiſit idiomata quoque; quorum fuerant ſymbola & indicia linguæ igneæ acuminatæ, ac pyramidales diſpertitæ, ſiue tamquàm ignis, quæ apparuerant illis, e *cap.* 2. *Act. Apoſt.* ſeu 55. aut 72. aut 120. quot erant primæuæ poſt diluuium annis 100. plus minus, in quas diuiſa erat prima lingua, qua loquutus eſt Adam, deinde nuncupata Hebræa, vel pro numero Fidelium, qui eas exceperunt, ſiue Apoſtoli & Diſcipuli vna lingua loquerentur omnibus intelligibili, ſiue viciſſim, & ſucceſſiue loquuti ſint varijs linguis, ne multiplicarentur miracula, dum vna Dialectus infuſa, enuntiantium oribus, exceptaque audientium auribus, prout ad ſingulorum captum accommodata per aerem volitando vti ſunt ἔπεα πτερόεντα ex Homero, verba nempe alata, fuere ſubmutata, & variegata, quò inſtruerentur, & edocerentur, & vera fides innoteſceret, atque ſic ædificaretur Eccleſia, & ad Cæli proximum faſtigium exſurgeret.

Itaque veteri in fœdere Pentateuchus, e quo liquet lapideis in Tabulis præcepta Decalogi ſcripta fuiſſe digito Dei, *cap.* 31. *Exodi v.* 18. & *Deuter. cap.* 9. v. 18. ſiue in Diptycho lapideo, vt loquitur S. Auguſtinus contra Fauſtum rupicibus Paginis, ſaxeoque volumine, ſicut apud Saluianum *lib. de Prouident. p.* 56. ſed Hebraice, vti fuerunt, Iob, Ioſue, Iudicum, Ruth libri, & Regum Hiſtoria quattuor comprehenſa Tomis Paralipomena, Dauidis Pſalterium, quod 150. Pſalmis conſtat, cum e tribus millibus Pſalmis ſuperſint iſti tantummodò, & centeſimus quinquageſimus primus, qui circumfertur, quaſi ſpurius reijciatur, ſi fidem adhibemus Balduino in leges Conſtantini M. *lib.* 1. *p.* 46. Salomonis Prouerbia, Eccleſiaſtes, & Cantica Canticorum, Prophetæ tàm maiores quàm minores, extant Hebraico contexti omnes idiomate. Liber etiam primus Machabæorum, repertus à S. Hieronymo, vt ipſe aſſerit in prologo Galeato; & Panaretus, vt apud Latinos prænotatur, ſeu Eccleſiaſticus, ſiue Liber Ieſu Syrach, qui & Parabolæ Salomonis, vti Eſther Hiſtoria.

Rurſus nouo in Teſtamento Euangelium S. Matthæi, quod æuo S. Hieronymi in Bibliotheca Cæſareæ S. Pamphili Martyris apud Euſebium reperiebatur, à S. Bartholomæo delatum ad Indos Hebraicè, Euſebio Teſte *lib.* 5. *cap.* 10. *Hiſt.* relictumque, ac à Panteno Alexandrino Viro Apoſtolico, Præceptore Clementis Athenienſis dicti Alexandrini, qui eum Siculam Apem vocat, Florentinius in *Lucenſi Martyrol. die* 7. *Iulij*, poſt annos 100. tum & amplius inuen-

Digitized by Google

uenitum, & tranſlatum Alexandriam, auctore Cardinale Baronio in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum 42. ex Origene, Euſebio, S. Heronymo, Socrate, atque Nicephoro: idem S. Matthæi Euangelium S. Barnabæ manu deſcriptum, & ſuper eius corpus repertum Hebraicè in Inſula Cypri, & loco Sanitatis, exornatū auro in Palatio ſuo repoſuit Imperator Zeno; cui petēti Anthemius Epiſcopus Salaminæ dederat, & diu ſeruatū in magna quarta feria Paſchæ quotannis in Oratorio recitari ex eo ſolebat vt Cardinalis Baron. ad *an.C.N.*485 *p* 425 ex Alexandro Monacho apud Surium die XI Iunij narrat. Hodie tamen non inuenitur, ſed Græcè tantum à S. Iacobo Hieroſolymis, qui frater Domini dictus fuit, cōuerſum e S. Athanaſio: quemadmodum & Epiſtola S. Pauli ad Hebræos, vti ſupra dixi, Hebræo ſtylo fuit exarata; etſi lingua Syriaca ſeu Chaldæa, quæ vulgaris erat Hieroſolymis poſt reditum Captiuorum e Babylone, & Chriſti, ac Apoſtolorum æuo vigebat, ſeu miſta è Chaldæa, & Syriaca ſcriptum multi putent Euangelium S. Matthæi, vt & hanc Epiſtolam S. Pauli vti Ducæus in *Inuentario. Enor. Pleſſæi p.* 144. *& ſeqq.* & Sanctius *in Commentar.* ad Daniel. *cap.* 2. *nu.* 7. *vſque ad* 17. Salmeron in *Prolegomen* 35. Cardinalis Bellarminus *Tom.* 2. *Contrauer. lib.* 2. *cap.* 4. Iſta vero volumina Sacrorum Bibliorum in varia, & in diſſita loca cum diſperſa forent, nec ſatis diligenter conſeruarentur tempore captiuitatis tam Salmanazar Regis Aſſyriorū, qui trāſtulit decem Tribus 4. *Reg. cap.* 17. & *Tob.* I. quam Nabuchodonoſor Regis Babylonis Hieroſoly-

 mis

mis euerſis ; & Templo ; Eſdras diuino inſtinctus afflatu collegit ſumma diligentia, ordineque concinno diſpoſita in vnum quaſi corpus redegit, nouaſque litteras Hebraicas adinuenit, dimittens antiquas Samaritanis, ſuumque librum adiecit, & Nehemiæ adhuc Hebraicè: reliqui Sacræ ſcripturæ libri ſeu veteris aut noui ſimul inſtrumenti Græcè vel Chaldaicè leguntur in fonte: Chaldaica lingua editi Thobiæ, Iudith ; & partim libri Danielis, & Eſdræ ; paraphraſtice autem totum vetus Teſtamentum Pentacheukus à R. Aquila, ſeu Onſeko, Prophetæ, Ioſue, ac Regum libri à R. Ionathan, Filio Vrielis: Pſalmi, Iob, Ruth, Eſther, & Salomon à R. Ioſeph Cæco. At alias agemus de *Thargum*: Nunc autem Latinè in verſione vulgata, quæ Romanorum Pontificum iuſſu recognita, curaque fuit recepta, & edita Chriſtianorum omnium ſummo conſenſu agnoſcuntur, & collaudantur. Tranſtulerant in Græcum ex Hebræo Sacra Biblia LXXII. Interpretes anno ab E C. 3720. ante Chriſtum natum 284. Teſtes ſunt Ioſephus *lib. 12. cap. 3. Antiq. Iudaic.* Ariſtæas toto libro, & Patres poſſim enarrant.

Hunc Ariſtæam ὑποβολιμαῖον ſuppoſititium vocat Ioſ. Scaliger *lib. 1. Epiſt. 131.* & confictum ab Heleniſtis contendit in notis ad Euſebij Chronicon *p. 126.* ſed eum refellit, Germanumque aſſerit Petauius *de doctrin. Temporum lib. 2. p. 203.* & in S. Epiphanij Tractatum *de menſur. & Ponderib. p. 378.* adeoque ipſe Caſaubonus in *Hiſtor. Auguſt. p. 191.* auctorem antiquiſſimum vocat ac elegantiſſimum, Cardinalis

Bel-

Bellarminus *lib.* 2. *de Verbo Dei cap.* 6. *Tom.* 1. *Controuerſ.* confutans Ludouicum Viues,& Leonem à Caſtro, qui hunc Ariſtæam adulterinum cenſuerunt: laudat tamen illum Zonar. *Tom.* 2. χρόνικ *pag.* 77. poſt Philonem *lib.* 2. *de Vit. Moſis*, Tertullianum *cap.* 18. *Apologetic.* S. Athanaſium in Synopſi, S. Auguſtinum *lib.* 18. *de Ciuitate Dei*, cap. 45. ipſumque Sanctum Epiphanium eodem lib. ſeu Tract. *de Menſ. & Ponderib. p.* 535. Viri ergo illi 72. doctiſſimi libros veteris Inſtrumenti ex Hebræo in Græcum interpretati ſunt Spiritus Sancti ductu: neque ſine diuinis prodigijs Ptolemæi Regis Aegypti cognomento Philadelphi anno 17. qui eos euocarat Demetrij Phalerei Bibliothecæ ſuæ Præfecti opera: ipſi autem Eleazari Pontificis permiſſu profecti Alexandriam, tam inſigne operæ pretium inibi perfecerunt. Hæc Cardinalis Bellarm. *lib.* 2. *de Verbo Dei cap.* 16. & in *lib. de Script. Eccleſiaſ.* ex Euſebio *c.* 1. *ſ.* 8 *de Præpar. Euangel.* & S. Hieronymi *præfation. in Pentateuch.* Antea tamen Græcè fuiſſe verſa ex Hebraico Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. & Ioſephus apud Serarium in Prolegomen. Biblior. referunt.

Fuit nihilominus iſta verſio Græca LXX. (ſic enim LXXII. vocantur, vt numerus ſit teres ac rotundus) apud Hebræos ipſos celebratiſſima. Iuſtinianus etenim Auguſtus mandat vt Hebræi, qui Romanum per Imperium Græca vtuntur lingua, interpretationem hanc LXX. vſurpent, quæ omnibus exactior eſt,& præter cæteras multa continet occulta, præſertim verò quod in-

ter-

terpretando accidit; nam cum ſemper bini concluſi eſſent, & diuerſis in locis interpretarentur, vnam tamen omnes compoſitionem ediderunt. Ad hæc quis non in viris illis admiretur, quod cum longo tempore apparitionem Salutarem Magni Dei, & Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti præceſſerint, tamen illam futuram, quaſi præſentibus cernentes oculis, Prophetica quodammodo gratia ipſos circumfulgente, ſacrorum illi librorũ interpretationem accommodarent? Hæc & plura Imperator *Nouella* 146. *de Hebrais quomodo eos oporteat Scripturas legere*; ſed & Aquilæ interpretationem indulget, prohibet autem δευτερώσεις penitùs, ſeu traditiones ſecundarias, dubito an ſint Sacrificia, & Cæremoniæ à traditionibus Seniorum, quæ à Chriſto fuerunt antiquatæ, quatuor autem libris digeſtæ, vt diſcimus e S. Matth. *cap.* 15.& S.Marci *cap.*7.*cap.*5.Clemente in Διατάξεσ. & e S. Epiphanio in Panario *aduer. Hereſ.* & S. Hieronymo in Epiſtola ad Algaſiam, & Nouella Iuſtiniani videtur indicare.

Hæc itaque verſio LXX. S. Paulo Apoſtolo in Epiſtolis, S. Lucæ in Actibus Apoſtolorum, & in Euangelio quin & à tribus aliijs vſitata fuit, imò & ab Apoſtolis omnibus, licèt interdum Hebraicam veritatem citarent; e Leone Caſtr. *de* 70. *Interpr.cap.*6.Cardinalis Baron. in *Annalib.ad ann.* 346.*fuſe p.* 23. & à primæuis Patribus, Ignatio, alijſque paſſim laudata & approbata, vti præmonuere Genebrardus in præfatione commentariorum ſuorum & in Pſalmos, & in Brologo ad vetus Teſtamentum LXX.

Mo-

Morinus, inque *p. 274. Exercitat. in Pentateuchum Samaritanum*. Inter opuſcula Nicolai Serarij edita Moguntiaci 1602. in fol. exſtant prolegomena Biblica in quibus p. 3. cap. 16. agit auctor ille de Græcis verſionibus, ante Alexandrum M. Locat quidem primam de qua iam præfatus ſum; Secundam nuncupat Lagianam ſub Ptolemæo Lagi filio Rege primo Ægypti, e *cap. 25. lib. 3.* S. Irenæi, & Clemente Alexandrino *lib. primo Stromat. p. 342* & ſunt qui cenſent eius æuo Pentateuchi tantùm Libros verſos, quos refellit Feuardentius *in Annotationibus ad Irenæum*; Tertiã Septuaginta Interpretũ toties laudatorũ ſub Ptolemæo Philadelpho alterius Ptolemæi filio, & Nepote Lagi, Bibliothecæ Alexandrinæ conditore, quæ ad 500. millia voluminum excreuit; & quæ verſio reliquarum nobiliſſima eſt, Teſte vel ipſo Ioſ. Scaligero *pag. 151. in Chron Euſebij*: quintam Herodianam. At quis credat Proſelytum illum Idumæum, & Aſcalonitam origine, vſurpatorem Regni Iudæorum, ac Tyrannum ſtipendiarium, cædibus infamem admouiſſe manus cruentas Innocentum ſanguine ſacrorum Librorum expoſitioni? Nihilominus non zelum domus Domini eum impuliſſe vt id auderet, ſed eò adigere potuiſſet, ſi auctores idoneos nanciſceremur, ambitio; Chriſtum enim ſe ille nuncupabat, id eſt vnctum, quem titulum Reges Hebræi præferebant. S. Auguſt. *lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 6.* ſed & Herodiani, qui nomen ab ipſo fuerant mutuati, ventilantes ipſum adulatoria inſultatione Meſſiam eum, qui venturus eſſet, affirmabant.

Notum illud Satyrographi, Perſij, nempe *Satyr. 5. Herodis venere dies auctaque feneſtra diſpoſitæ pingues nebulas oluere lucernæ*, tam illuſtri ſiquidem tamque ſolemni ritu Natalem eius celebrabant. Certè quando Magi adierunt ipſam Hieroſolymam quærentes, *vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum S. Matt. cap. 2. v. 2. & ſeqq.* turbatus eſt *audiens Herodes*, *& omnis Hieroſolyma cum illo*, & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas conſuluit, & ab illis didicit ex Prophetæ Michææ vaticinio *cap. 5. v. 2.* relato etiam apud S. Ioan. *cap. 7. v. 41* Dominum Ieſum Chriſtum & Meſſiam verum Regem Bethelemi natum e Virgine fuiſſe. Hic ipſe Herodes Templum à Salomone tam operosè, ſumptuoſeque conſtructum, à Zorobabele reparatum, à Iuda Macchabæo repurgatum, & magnificè dedicatum reædificare aggreſſus, perfecit annis octo ab anno Regni ſui 18. altius 120. cubitis, & latum 100. e lapidibus candidis & firmis, quorum ſinguli longi erant 25. cubitis & lati 12. altique 18. vti computat S. Hieronymus in cap. 11. Zachariæ, poſt Euſebium in Chronico. Curauerat ille per Soſium exſtingui Aſſamonæos Antigono Rege vltimo in Crucem acto, Zanhedrin quoque ſiue Synhedrium e domo Dauid adhuc deleuit, nouumque ſuffecit e Proſelytis anno decimo ſuæ Tyrannidis, quin & Sacerdotium Iudæo ignobili acceſito Babylone deferens Annæ Leno labefactarat ex Euſebio, Philoniſque libro de temporibus, qui exſtat creditur Annij, ita vt nõ Sceptrum tantummodo, ſed & Pontificatus defecerint; atque

atque Pontificiam Stolam ſibi adrogarit impie, ſuæque addixerit cuſtodiæ: refert iſta præclare Cardinalis Baronius in *præparat. ad Annales Eccl.*

Herodianam autem Verſionem huiuſmodi Serarius recenſet elaboratam Prolemæi Dionyſij Aegyptiorum Vltimi Regis tempore, ac Hærodis Iudæorum Tyranni: Sed eam Iunij Scriptoris Hæretici commentum eſſe detegit, ſicut & Lagianam in eodem *cap.16. quæſt.3.* Illarum profectò altum eſt ſilentium; & attentiùs perlegenti loca dicta S. Irenæi, & Clementis Alexandrini patebit dilucidè tàm Lagianam, quàm Herodianam eſſe cum illa LXX. eamdem, e qua tres Nouator ille confinxerit, otio atque ingenio abutens ſuo; quemadmodum non defuerunt, qui Prophetas æuo Antiochi & Hagiographa reliqua conuerſa in Græcum Helleniſtarum Alexandrinorum opera fabulantur, cum tamen Patrum & Hiſtoricorum conſenſu ſummo LXX. illi, libros omnes Bibliorum Sacrorum ex Hebræo Græce fuerint interpretati.

Poſt illos Aquila Ponticus, e Sinope, primò Ethnicus, deinde Chriſtianus, & Diſcipulus Apoſtolorum, ſed cum nimis attenderet rebus Genethliacis, expulſus eſt ab Eccleſia; quare in odium Chriſtianæ Religionis euaſit, ſe circumcidens, Hebræus Proſelytus, ſiue Aduena, Imperatoris Hadriani πενθερίδης ſeu Soceri filius, id eſt Mariti Mattidiæ ſororis Traiani Auguſti, quæ mater fuit Sabinæ Coniugis Hadriani etiam Auguſti; ita S. Epiphanius, & Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibliothecæ Sanctæ*, qui etiam ait illum fuiſſe Diſcipulum Rabbi Akibæ ſub Ha-

driano A.C.N. 120. quamuis Petauius in *Notis ad Anchoratum S. Epiphanii p.* 495. vocet eum πενθερὸν i. Socerum, ſequutus Chronicon Alexandrinum p.395. notans eumdem curioſum, contentioſum, perſequentem etymologias nominum, e S.Hieronymo aduerſus Ruffinum, atque alibi, & vt fabuloſam refellens eius cum Hadriano Auguſto affinitatem, nec obſeruans πενθερίδου nomen eſſe Patronymicum.

Iſte inquam Aquila non confundendus cum alio, qui Onkelos nominatur, quique fere hoc æuo, ſaltem Chriſti, tranſtulit Pentateuchum Chaldaice, vt erudite arguit iam laudatus à me alibi R.P. Ludouicus Maraccius, neque cum eo, de quo fit mentio in Actis Apoſtolorum: *cap.18.& in Epiſtol. ad Roma. cap. 16. v. 3.* & *ad Timotheum Epiſt. 2. cap. 4. v.18.* quique Scenofactoriæ artis S. Pauli comes, & Chriſtianus fuit, atque Sanctus, coliturque Faſtis Sacris adſcriptus in Martyrologio Romano, 8. Iulij die, vbi Cardinalis Baronius: certe Triſtanus *Tom.1. Hiſtoriæ* e Numis in Hadriano p. 455. Ponticum Aquilam miſcet cum Pontio Aquila, quem vult maritum Mattidiæ, ſupraſcripto, e Suetonio cap. 28. referens æuo C. Cæſaris Pontium quemdam Aquilam. Sunt qui dicant illum fuiſſe filium Sororis Imperatoris Titi, ſed de iſtis Genealogijs dici poteſt, quod S. Paulus inſinuat *ad Timoth.cap.1.v.4.& ad Tit.cap.3.v.9.* eas eſſe ſtultas, & interminatas, Iudaicaſque fabulas, atque deuitandas. Berenicen Sororem Agrippæ perditè Titus adamauit, vt *notiſſimus Adamas* teſtatur, *qui Berenices in digi-*

*to*

*to factus pretioſior* , *hunc dedit olim Barbarus* , *inceſtæ*, *dedit hunc Agrippa Sorori*, vti canit Iuuenalis *Sat*.6.Ioſephus in vita ſua ad calcem π" τ ἰουδαικῆς Ἀρχαιολογίας, hæc habet, ἡ δὲ τοῦ Καίσαρος γυνὴ Δομέτια (forte Dometia Longina Domitiani Cæſaris vxor) διετέλεσεν εὐεργετῆσαι με. 1. Cæſaris vxor autem Domitia perſeuerauit me beneficijs cumulare, vnde Flauij prænomen accepit. Adi Niceph. Gregor. Aquila (inquam) ille Ponticus, qui etiam Onkelos .1. Vncinus apud Chaldæos vel ex coniectura R.P. Maraccij Ἄγγελος Angelus, Hadriani A. ſub imperio dedit alteram poſt LXX. Verſionem Græcam Bibliorum ex Hebræo, & quidem geminam, verùm poſterior, quia fidelior, fuit ſuſcepta, e SS. Hieronymo, & Auguſtino, & e Sante Pagnino.

Tertiam Theodotion Epheſius protulit ex Hebræo Græcam Interpretationem circa annum C. N. 182. Commodi Auguſt. 1. Tatiani fuit is Auditor, eiuſque dogmatum Sectator, & Encratites, tum Marcionites, demum Iudæus; vocat illum Ebionem Euſebius, Iudaizantem S. Hieronymus, docetque multa Saluatoris Myſteria celaſſe ſubdola interpretatione, dum Proſelytus eam ederet; Suid. in ὠεργίνης: inter Hæreticos, qui Chriſtum tantummodo aſſeuerarent hominem, recenſet S. Auguſtin. *num*.33.*de Hæreſib*. Pius Secundus in *Hiſtoria rer. vbique geſtarum*, confundit eum cum Theodecte Tragœdo Cilice, qui verba Prophetiæ de Virgine paritura transferens ad iuuenculam, non ſatis capiens diuina Myſteria, continuò vtroque captus lumine obmutuit, ex Ioſepho *lib*.12. *cap*. 2, &

Euſebio *lib*. 8. *præparat* Euangelic. *cap*. 1. adde Zonar. in *χεσνικ*; Pius eum Ponticum dicit, ſed neſcit qua ex Ciuitate, putat Cilicem Suidas: ita Theopompus nonnulla e libris Hebræorum Græca oratione dum conatur exornare, mentis turbatione correptus fuit, & forſitan fuit illa prima Tranſlatio Bibliorum ex Hebræo ante LXX. de qua ſuperius actum eſt, qua iſti Pagani ſunt vſi.

Quartam Interpretationem dedit Symmachus duplicem quoque ſub imperio Seueri A. anno Chriſt.196. ſeu circa 200. Hic Samaritanus genere deſciuit ad Iudæos Proſelytus, rurſumque circumciſus, e S. Epiphanio, at Chriſtianus, ac Ebionita Secundum S.Hieronymum, non verbum e verbo, ſed ſententiam ſententia reddendo, ac Senſum e ſenſu, & iuxta Nicephor.in *Eccl.Hiſt.*

Semper quidem adoranda eſt admirabilis Dei Prouidentia, ſed præcipue in Eccleſiæ Chriſtianæ ſtructura, & inſtitutione; nam cum per LXX. bonos ac pios interpretes Biblia verti Hebraica in Græcum voluiſſet; per malos & infidos iſtos, Aquilam, Theodotionem, atque Symmachum eadem conuerti pariter permiſit: Sic Balaam *cap*. 22. *Numer. &c. Benedixit, cui nolebat populo Iſrael*, Sic prophetauit Caiphas, Ioannis *cap*. 11. *v*. 4. *cap*. 18. *v*. 14. *Expedit vobis* (inquiens) *vt vnus homo moriatur pro populo*. Ita Scribæ, Pontifices, & Pharisæi, dum ſceleri ſuo incubuerunt, Deo famulati ſunt ad publicam ſalutem, quam ex Inimicis noſtris, & de manu omnium qui ode-

runt

Digitized by Google

runt nos, cecinit Zacharias pater S. Ioannis Baptiſtæ futuram in Cantico, *Lucæ cap. 1. v. 71.* & ad quam Deus malis vti bene ſolet; ac ad vtilitatem bonorum, vt docet S. Auguſt. *Epiſt. 5 9. & 149.* & in *Pſalmo 36. 54. 77, 104. quin & ad Geneſim in Quæſtionib. lib. 11.* monetque ne putemus gratis eſſe malos: *Solet enim hoc facere Diuinitas, vt etiam per Aduerſarios Religioni ſuæ conſulat, vt tanto magis, qui Cultores ſunt Chriſti pro fidelibus elaborent,* vt in Marcellini libello contra S. Damaſum aſſeritur. Vnde per Sybillas, & Pythoniſſas, perque Dæmonum Vates vera prænuntiari aliqua indulſit, tum vt credibilior fieret veritas, quæ teſtimonium habet etiam ex Aduerſarijs, tum quia cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducantur, S. Auguſt. *lib. 13. cap. 18. contra Fauſtum. cap. ſi quid veri, diſtinct. 37.* & S. Thomas *art. 6. quæſt. 172. ad primum.* Ego copioſius in mea de Sibyllinis Oraculis Diſſertatione. Ipſe Conſtantinus M. A. *in Oratione ad Coetum Sanctorum apud Euſebium* affirmat Deum voluiſſe, vt extranei à fide Vaticinarentur; ſicut Muſici plectro ſuperuacaneas quoque chordas quatiunt, quò ipſi Aduerſarij & hoſtes apud ſuos Chriſtianam Religionem confiterentur; refert Nicephor. Calliſti; *lib. 8. cap. 29. Hiſt. Eccleſiæ*, exclamat Numatianus in Itinerario primo. *O quàm ſæpe malis generatur origo bonorum.* Excreſcere vult Deus zizania vſque ad Meſſem, S. Matth. *cap. 13.* paſſim. Itaque Origenes in his quatuor interpretationibus LXX. Aquilæ, Theodotionis, & Sym-

Symmachi, Tetrapla ſua primùm compegit, quibus poſt adtexuit Quintam interpretationem Græcam Incerti anno 7. Imperij Antonini Caracallæ, in quibuſdam dolijs, ſiue in πίθοις Hierichunti repertam: denique Sextam nullo etiam certo Auctore Græcam, incluſam quoque in dolijs Nicopoli, ſiue Actiacam, quæ Alexandro Imperante tandem emerſit: & ſic Hexapla euaſerunt, (Eſt autem Nicopolis in Epiro, vbi & Actius Portus, ad quem Auguſtus nauali fudit prælio Antonium, & Cleopatram) quin & Octapla; nam præmittebatur Hebraicus cõtextus Bibliorum Hebraicis characteribus, tum idem Græcis elementis exaratus. Columnis diſtinctæ fuerant hæ Verſiones prima Græce οἱ. ο, ſeu LXX. ſecunda ᾶ 1. Aquilæ. Tertia σ. 1. Quarta θ. Quinta ε'. Sexta ς; Symmachi Tertia, Quarta Theodotionis, Quinta à Quinario numero, Sexta à Senario, quibus ſi exemplar Hebraicum proprijs litteris conceptum, idemque Græcis expreſſum præponas; loculi erunt, octo ſiue Octapla, Si demas, erunt ſex, ſiue Hexapla, & quando duæ illæ vltimæ verſiones nondum in lucem prodierant, Tetrapla tantummodo erant. Vltimas duas iſtas Verſiones deſiderari refert S. Epiphanius, ex eoque *lib. 3. Origenianorum* Huetius, qui primum edita Hexapla, tum Tetrapla, denique Octapla, quæ quoad verſiones erant Hexapla, quoad loculos, ſeu columnas, Octapla reuerà refert.

En eorum Diagramma.

Hexapla Origenis

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 |
|---|---|---|---|---|---|
| Hebraicus Bibliorum Textus | Græcus ex Hebraico exaratus | Verſio Græca Aquilæ | Verſio Symmachi | Verſio lxx. | Verſio Theodotionis |

Tetrapla omiſſis textibus 1 | 2 | 3 | 4

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Octapla Hebraicus Textus | Idem Græce | Aquilæ verſio | Symmachi | lxx | Theodotionis | Hierichuntina | Aectiaca |

ἅπλον extenſionem Significat, aut explicationem, Hebraicus contextus tam Hebraice, quam Græce formatus non erat ἅπλον niſi τῷ χρηςικῶς i. abuſiue. Ex iſtis Sex Verſionibus emendauit Origenes interpretationem LXX. ſiue τῶν ὁ' per Obelos Aſteriſcos, Lemniſcos, Hypolemniſcos, erant Obeli hac forma ʌ. Aſteriſci vero iſta ⁎ Lemniſci hunc in modum ÷ ſeu ⁒ Hypolemniſci, ÷ ſeu ⁒ Α.Σ.Θ., Deſignabat tres interpretes, ſeu Τοῖς Γ at ⁎ concordiam interpretum, cum Aſteriſcis, ſuppleuit Origenes in editione ſua omiſſa ex Hebræo, & Obelis fixit, & reiecit, adiecta quæ fuerant à LXX. & confodit illam, quæ vulgata, ſeu κοινὴ vocabatur, ſicut Nicomediæ ἐν πυργίσκῳ μαρμαρίνῳ κεκονιαμένῳ i. in turricula marmorea calce illita fuit inuenta ſub Conſtantino M. Verſio Græca Luciani manu deſcripta Presbyteri Antiocheni, qui Martyr

occu-

Digitized by Google

occubuit ſub Maximiano & Diocletiano A. A. diſſectus, & demerſus in mare à Delphino integer ad littus delatus, vt notat diſertiſſimus & accuratiſſimus Florentinius in *Martyrol. Lucen. ad diem* 7. *Ianuarij*, ſepultuſque fuit Helenopoli Bithyniæ circa annum 311. vt S.S. Hieronymus, & Athanaſius teſtantur; & hæc Verſio Lucianea Conſtantinopoli, ac per Orientem accepta vſque ad Antiochiam fuit, dictaque ſeptima, non computando ſcilicet ſex Verſiones ab Origene in Hexapla relatas: imo dici debuiſset octaua, nam ea, quam Origenes emendauit LXX, quamque contulit cum Theodotianæa, & alijs, erat vere ſeptima, diuerſaque à ſimplice LXX. quæ continebatur Hexaplis. Heſychius dein Alexandrinus illam Origenianam correctam, & à ſe Vulgatam edidit, non ille Mileſius, de quo Suidas, qui Paganus erat, in v. ἡσύχιος. Sub Anaſtaſio Imperatore, nec S. Hilarionis Diſcipulus, & Socius in *Peregrinatione ad Oaſam, circa A C.362.* Cardinale Baronio referente, qui Confeſſor in Rom. Martyr. 3. Octobris. Heſychiana iſta nona in Ægypto viguit, & Alexandriæ, ſicut Euſebiana decima, quam Pamphilus, & Euſebius promulgarunt, in Palæſtina fuit recepta; verum Origeniana paſſim, & vbique fere, imò tàm Euſebiana quàm Heſychiana deſumptæ ſunt ab Origeniana. Didymus certe, Cæcus ille Alexandrinus, qui & Origenis περὶ ἀρχῶν libros defendit, à ſe illuſtratos, e Poſſeuino; & Apollinaris Laodicenus, non Hieropolitanus anno Ch. 173. Presbyter, ſiue filius eius Epiſcopus,

qui

qui repleuit Orbem libris ſub Conſtantino M. & filijs AA. tandemq; profeſſus fuit hæreſim, e Sixto Senenſi, iſtam Origenianam ad annum C. 361. & 365. firmarunt & propagarunt, licet Apollinarẽ Symmachi ſequutũ fuiſſe interpretationẽ S. Hieronymus vtriuſque auditor, ſed non errorum ſectator, aſſerat in *Epiſt. prima ad Pammachium*, *& Ocean.* P. Ioannes Phelipeus Soc. Ieſ. in *Commentarijs ad Oſeam*, e Codice Rupefocaldiano ſeu Euſebiano plurima notauit. At e Codice illo pretioſo *Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini*, & vetuſtiſſimo in Prophetas minores collato cum Editione Romana LXX. p. 132. in Bibliorum ſuorum Polyglottorum Tomo 6. p. 122. Brianus Vualtonus cum breui τῶν ἐξαπλῶν ſpecimine, quod efflagitauerat tantopere vt ederetur P. Dionyſius de Riues, & quod à R. P. Morino Viro doctiſſimo, ac Religioſiſſimo, Presbyteroque Oratorij ipſe Brianus acceperat, varias Lectiones promulgauit; & ſic eiuſdem Dionyſij voto, atque precibus factum fuit ſatis: ſed Morinus de his fuſe in *Præfatione ad Bibl. LXX.* & *lib. 1. Exercitat. cap. 4. & ſeqq.* vbi de Hexaplis Rupefocaldianis, & Fragmento Thuanæo LXX.

Origenes genere Ægyptius filius Leonidæ Martyris ſub Decio A. & Alexandriæ natus anno C. N. 185. ibique innutritus domicilium habuit, inſitus Athenis aliquandiu incubuit Philoſophicis ſtudijs, Condiſcipulus Porphyrij, Eunapio auctore, qui numerat eum inter κρατίστους p. 19. multa pro Chriſti fide paſſus dicitur, thuriſque granum inijcere coactus ad aram Idolorum, ſeceſſit Hieroſolymas appellatus Adaman-

 tius

tius , perinde ac indomitus , ob laborem aſſi-
duum ; ac indefeſſum ; & Chalcenterus, pro pter
æneam laterum firmitatem, Catechiſtes conſti-
tutus à Demetrio Epiſcopo Alexandriæ , tùm
Grammaticus Cæſareæ Cappadociæ , quia con-
fluebant concurrentes ad eum puellæ , vt exci-
perent ſcripto , quæ ipſe dictabat , aut vt infor-
marentur Myſterijs fidei , quò ſiniſtros vitaret
rumores, euirauit ſe, vel ſubſecando partes eas,
quibus vir erat , vel adhibita eis Cicuta , ſiue
alio Pharinaco vim libidinis exſtinxit. Solebat
autem docere vſque ad horam nonam , & ad
ſena millia librorum compoſuit, vt S. Epipha-
nius prodit, συντακτικὸς ideo cognominatus. i.
Compoſitor, e S. Hieronymo. *lib. 2. Epiſt. 7. ad Marcellam.* Romam poſtea contendit , non
vt Mammæam A. Alexandri A. matrem aſſecta-
retur , vt cenſet Cardinalis Baronius *ann. 13. Papæ Zephyrini*, ſed antiquiſſimæ omnium Ec-
cleſiæ, ac Magiſtræ cognoſcendæ ſtudio , vti
probat Huetius ex Euſebio ; vtque ſuper Editio-
ne , quam multiplicem meditabatur Bibliorum,
conſuleret Pontificem, qui eam approbaret , vti
poſtea S. Hieronymus S. Damaſum Papam : Vrbe
properè luſtrata repetijt Alexandriam ; inde
Mammæam commorantem Antiochiæ adijt ,
eamque imbuit Chriſtiana Religione , vt Euſe-
bius auctor eſt *lib. 6. Hiſt. Eccleſ.* S. Epiphanius
*lib. 2. Hæres.* 64. *f.* 228. Zonar. *Tamo.* 2. χρονικ
*p.* 228. Suid. in Origene S. Hieronym. de *Scriptor. Eccleſ.* Sophron. *p.* 113. Alexander quidem A.
filius Mammææ , Chriſtum habebat in Larario,
Teſte Lampridio. Ab ea vero Auguſta Origenis

Cæ-

Digitized by Google

Cæleſtis ſapientia fuit adamata.

Circumferuntur præterea Epiſtolæ Origenis ad Philippũ A. qui primus Chriſtianus fuit Romanorum Principum, e Vincentio Lirinenſi in *Commonitorio p.38.& 39.* Habuit inſuper fauentẽ ſibi Origenes Ambroſium Virum illuſtrem, in aula Imperatoris degentem, & opibus circumfluentem, ab Hæreſe Sabellij, atque Marcionis conuerſum, ab eoque chartas, & ſumptus ſuppeditante adiutus, in Phænicia Tyri contexuit Hexapla, cum exularet Alexandria, Preſbyterio deiectus ab Epiſcopo ſupradicto Demetrio, qui eum vlterius ordinari vetuerat, vt apud Caballutium & Ribottum legitur, & Sixtum Senenſem *fol.278. Bibliothecæ Sanctæ*. Denique Cæſareæ latuit apud Iulianam Virginem, oriundam e genere Symmachi, à quo libros in Biblia iure hæreditario acceperat, Maximino Eccleſiam perſequente, & ibi Hexapla perfecit Alexandriæ dudum animo præformata, & emendauit Scripturam, Septimamque Verſionem vere abſoluit, comparatam nempe illam LXX. cum alijs, & correctam, de qua etiam Angelus à Roccha in *Bibliotheca Theologica*. Obijt tandem Origenes Tyri annos natus *69.* Chriſti anno 254. Adi Theuetum in Vir Illuſtr. S.Hieronymum in *Epiſt.* ad Titum ad cap. 2. de varijs translationibus Bibliorum, deque ingenio immortali Adamantij agit, deque ſupercilio Iudæorum *p.256.*

Præter Hexapla, ſeu Verſiones Bibliorum, è tot alijs Origenis lucubrationibus paucæ ſuperſunt Tomis duobus comprehenſæ;

reliquæ perierunt, aut delitеſcunt. Inter alias ſuperſtites ſunt libri περὶ ἀρχῶν, qui Seminaria & Fontes fuerunt permultarum Hæreſeon, vti S. Hieronymus, qui eos vertit in Latinum, oſtendit; nam dum Origenes præferuido, concitatoque ingenio, Platonis, aliorumque Gentilium Philoſophorum opiniones, quas auide imbiberat, nimis pertinaciter affectatur, ac retinet, alijs errandi cauſſam præbuit, & ipſe in pleroſque incidit errores, propter quos damnatus fuit, vt in *Notis ad opuſcula S. Nili Abbatis* obſeruaui; & in Prato ſpirituali demonſtratur *cap.* 25. probatque Sauaro in *Epiſt.* 9. *lib.* 2. Sidonij *p.* 144. Adeoque Philoſophia eſt Theologiæ vt plurimum nouerca. Hadrianus P.P. ad Carolum M. *c. omnem* 37. *diſt.* nonullique ambigere viſi ſunt, an Philoſophia intulerit plus incommodi, quàm commodi Religioni Chriſtianæ: nam ſi Eccleſiæ primordia intueamur, complures hæreſes à Philoſophis in eam comperiemus inuectas. Viciſſim autem in eius etiam progreſſu a Sanctis Patribus, & probabilibus Doctoribus Philoſophiæ miniſterio ſacra Dogmata ſtabilita fuiſſe liquido patet. Hæretici falſam, & ſimulatam Philoſophiam, vt pote corruptam ab Ethnicis, affectabant, eique pluſquam par eſſet auctoritatis tribuebant; verum SS. Patres philoſophia vtebantur tamquam pediſſequa, & ancilla Theologiæ à Deo reuelatæ, perque Ieſum Chriſtum eius filium tàm dilucide, tàmque conſpicue patefactæ, perinde ac auro Aegyptio Iſraelitæ *Exod. cap.* 3. *v.* 22. *cap.* 11. *v.* 2. & *cap.* 12. *v.* 15. quod mu-

mutuò ſumpſerunt, abeuntes. S. Auguſtinus quidem adeo exercitatus in ea fuit, vt Theologorum omnium Ariſtotelem apud Æneam Syluij *l. 1. de Geſt. Conciliabuli Baſileen.* Ludouicus Card. Arelatenſis pronuntiauerit: At Iulianus infelix, & ingratus (nam S. ille Doctor magna illi pœna fuit, vt regerit) eumdem Pœnum Ariſtotelem auſus ſit appellare. Sanctus vero Thomas Aquinas nullum ferme articulum, quin Ariſtotelis auctoritate fulciatur, confecit in ſua Summa Theologica.

Quî factum (quæret aliquis) vt cum vnica ſint Biblia Hebraicè conſcripta, nec alter ea Lingua conceptus ſuperſit liber, neque aliæ dictiones huius idiomatis vllibi exſtent, quàm quæ continentur in Sacra Scriptura, quæ ita nominatur ſimpliciter per Antonomaſiam, ſiue κατ' ἐξοχὴν ob excellentiam ac dignitatem, vti Biblia pluraliter, & eius Codices Hilleliani ab Hillele Patriarcha Iudæorum, qui è Stirpe Gamalielis, cuius ad pedes ſtetit Sanctus Paulus, ortus erat, quique ſub Conſtantino A. vixit, emendati, ea erant in opinione, vt ad ipſos manuſcripti reliqui Codices, velut ad lapidem Lydium examinarentur, ſicut vnica illa gemma, vel margaritum μονόκοκκον, & pretioſus vnio commendatus tantopere ex ſua raritate; attamen tot tantæque ſint Bibliorum in Græca Lingua interpretationes, vt etiam in Latina?

Illud ego crediderim accidiſſe, non tàm quia puncta nondum adiecta fuerant elementis Hebraicis, Maſſoretæ namque Rabbinici anno Chriſti 476. ſeu 478. Tiberiade conuenientes excogitauerunt puncta, Pontaco teſte

*in*

Digitized by Google

*In Euſeb. Chronic.* Ducæo, & Genebrardo, tàm propter Linguæ Hebraicæ genium, atque ingenium, vocumque ac phraſium homonymiam, & amphibologiam, ſiue ſimilem, aut dubiam ſignificationem, quàm quia Margaritum eſt ſermo diuinus, qui Biblijs comprehenditur, quod ab omni parte forari poteſt, vt ſcribit Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis *opuſcul.p.*352. & ante illum Facundus Epiſcopus Hermianenſis *lib.*3.*p.*34. *Sermo* (inquit) *diuinus eſt ſimilis margaritæ vndique penetrabilis*, Apud Hieremiam *c.* 23. *v.* 29. *Loquitur Deus, quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram*; vndè quemadmodum ſilex cum colliditur à malleo, ſeu contunditur, aut ab igniario concutitur, plures ſcintillas gignit, quæ ab illo diſſiliunt, ita à Dei Verbo plures dimanant expoſitiones: certiſſimo & librato, ac medio aperiri debet intellectu Sacra Scriptura, S. Gregorio M. auctore, cum Scripturas omnes loquutionis more tranſcendat. Quamobrē Rex Dauid *Pſ.*68.*v.*12. canit, *Dabit Dominus verbum Euangelizantibus, virtute multa*, ſiue ad annuntiandū Euāgelium, ſubminiſtrabit exercitum magnum.

Talmudiſtæ autem Legi attribuunt LXX. facies i. innumerabiles: Sanctus Thomas quatuor ſenſus adſignat Scripturæ Diuinæ in Summa Theologica *part.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 10. Litteralem, ſiue Hiſtoricum. in quo S. Hieronymus enituit; Metaphoricum, ſiue Allegoricum, in quo S. Ambroſius præcelluit; Moralem, aut Tropologicum, in quo S. Gregorius palmam tulit; Anagogicum, cui S. Auguſtinus

nus

nus inſudauit, & in quo Africanus ille Doctor potiſſimùm celebratur, vt Hieronymus Illyricus, Gallus Ambroſius, & Gregorius Romanus à magnitudine rerum geſtarum Magnus cognominatus, in alijs ſenſibus; quibus addendus Quintus, quem Conuenientiæ, vel Applicationis appellat ſiue Accommodatiuum, & quem S. Bernardus Gallus etiam tam feliciter vſurpauit, vt Melliflui meruerit Epithetum; quem, vti Paradinus adnotat, quercus, & fagi docuerunt, e quibus ſudarunt roſcida mella, quæ illæ ſacris e Biblijs delibauit. Comparari poſſunt merito quinque iſti ſenſus quinque corporis ſenſibus, per quos animus ad penitiorem intelligentiam percipiendam earum, quæ ſcriptæ ſunt, rerum, & ad corticem enucleandum, medullamque introſpiciendam acutiùs, ac pernoſcendam facile peruenit. Sunt iſti ſenſus quoque inter ſe diuerſi pro captu peruoluentium Diuina Volumina; & ſecundùm notitias, & illuminationes Cæleſtes, & propriam virtututem, *S. Matthæi. cap.* 25. *v.*19. Deus profectò in Vaſto immenſoque ſuo intellectu, qui nullis locorum vel Temporum finibus coercetur, dum ſemel loquitur, non duo tantummodò audiuntur, imò plurima, & quæ voluit cuique filius reuelare, *cap.*10. *Lucæ. v.* 22. ideoque multifariam multiſque modis Deus loquens Patribus in Prophetis exauditur ab vniuerſis, ſicuti S. Auguſtinus enarrat in *Pſal.*61. *ex S. Paulo cap.*1. *v.*1. *ad Hebræos*.

**Non mirum igitur ſi ex Hebræo interpretantes Græci tam diuerſas expreſſerint intelli-**

gen-

gentias, tamque varias compoſuerint expoſitiones. Quis autem apud Græcos multiplices ignorat fuiſſe Dialectos, & plurima idiomata? Æolicum, Ionicum, Doricum, Atticum, Commune; quæ rurſus diuidebantur in Bœoticum, Rheginum, Cretenſe, Tarentinum, Cyprium, Chalcidicum, Macedonicum, Argiuum, Theſſalum, Laconicum, Pamphylicum, & alia; nam Species Dorici erat S culum, ſeu Syracuſanum; ſpecies Ionici, Maſſilienſe, &c. Attamen LXX. Symmachus, Aquila, & Theodotion, alijque Bibliorum Explanatores Græci Dialecto, ſiue Communi vſi ſunt idiomate: Origenes etiam, & Lucianus, ac Heſychius. Alexandrina quoque Dialectus communis fuit, vtq; arbitror, Macedonica; neque ſat ſcio, an inde, cum Alexandro M. an cũ Ptolemæis, Regibus acceptã linguam Græcam Alexandrini, & Ægyptij linguæ veteri Ægyptiæ permiſcuerint, ex eaque conflauerint vna cum illa Cophticam, ſeu Copticam linguam. Græci quidem longinquis peregrinationibus, & nauigationibus populorum etiam tranſmigrantium, nouaſque ſedes ſibi conſtituentium, quin & inſtitutis, ac ſuſceptis bellicis expeditionibus, colonijſque deductis linguam propriam mirificè propagauerunt; & victis gentibus, fundatiſque Regnis, non in Aſiæ ſolum meditullio, ſed & in illius, & Europæ, ac Africæ oris maritimis, & Portuoſis condentes varia oppida & emporia quaſi prætexentes, eam impoſuerunt. Cicero igitur iure illam copioſiorem cæteris confitetur, quamuis obnitens *lib. 3. de finibus cap. 4. & lib. 3. cap. 35. Tuſ-*

*Tuſculan: Quæſt.* excreuit enim aliarum acceſſione linguarum, cum in extraneas tranſiret regiones, & locupletata fuit.

Ad Latinas Bibliorum interpretationes vt veniam, earum fuit in Eccleſiæ cunabulis infinita varietas. Scribit enim S. Auguſtinus *lib. 2. de Doctrina Chriſt. cap. 11. Qui Scripturas ex Hebræo in Græcam verterunt linguam, numerari poſſunt; Latini autem interpretes nullo modo;* vt enim cuique primis fidei temporibus in manus venit Codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibimet vtriuſque linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari. Nec enim poterant primigenij Chriſtiani, dum tantus vbique pauor, dum plurima mortis imago, inter preſſuras, & anguſtias carcerum, inter tormenta ſæuiſſima, & immanes carnificinas, fugas, & exilia, terroreſque perſequutionum acerbiſſimarum conſulere in commune, ſed Græcam LXX. veteris Teſtamenti, quam Chriſtus ipſe Dominus in Synagoga legerat, Luc. *cap. 9. v. 18.* & *cap. 61.* Iſaiæ *v. 1.* quaque non ſolum Apoſtoli, ſed & Ioſephus, & Philo ſunt vſi, ex Cardinale Baronio ad *ann. Chriſti 23. p. 344.* Patres, & Chriſtiani omnes reddebant Latine, non eam tantùm, quæ ab Origene collata, & expurgata, dein à Luciano, & Heſychio fuit, vulgataque, ſeu communis habebatur, i. e S. Hieronymo; ſed & aliam, quæ in Tetraplis, ſiue primis Hexaplis ſupererat, abſque vlla emendatione, & pura.

Inter omnes autem Latinas e Græca LXX. vtraque verſas, Italam paſſim, ac veterem di-

ctam, Romanam nempe præſtitiſſe cæteris, quod eſſet verborum tenacior, & feliciter exprimeret ſententiæ perſpicuitatem, S. Auguſtinus etiam affirmat *loco laudato cap.* 15. Ipſe ſequebatur Verſionem Latinam, quam emẽdarat Origenes, vt S. Hieronymus in *Epiſtola ad eumdem* exprobrat *Tom.* 2. *p.* 343. Auitus Preſbyter, homo Hiſpanus genere, ante relatam Luciani Presbyteri ſcripturam, tranſtulit in Latinum Sermonem, & adiecta Epiſtola ſua per Oroſium Presbyterum Occidentalibus dedit, Gennadio teſte in *Catalogo Vir. Illuſt. p.* 195. Ad hunc Auitum ſcribit epiſtolam S. Hieronymus, mittitque libros Origenis περὶ ἀρχῶν, quos in Latinum à ſe verſos, & ad Pammachium directos frater furatus fuerat, mutuò acceptos, ſibique adſcripſerat, falſus nempè frater, ſeu Ruffinus. Auitum autem Cariſſimum nuncupat, vtque caueat ab Origenis erroribus, quos patefacit, prolixe monet. Paulus Oroſius Flauij Oroſij filius ſanguine innetus Flauio Dextro Chronici Auctori, Presbyter Hiſpanus conſulit S. Auguſtinum de Priſcillianiſtarum, & Origeniſtarum erroribus, exſtatque illius Commonitorium cum Reſponſione S. Auguſtini *Tom.*6. *p.*239. Narrat hic ibi duos ciues ſuos Auitum, & alium Auitum, cum tàm turpem confuſionem; videlicet Priſcilliani hæreſim ſuam per Hiſpanias ſpargentis, & per ſeipſam veritas ſola nudaret, peregrina petijſſe: Nam vnus Hieroſolymam, alius Romam profectus eſt: reuerſi, vnus retulit Origenem, alius Victorinum; ex his duobus alter alteri ceſſit, Priſcillianum tamen

men

men ambo damnarunt, Victorinum parum nouimus (an ille Petouienſis erat dictus Chiliaſta, ſeu Millenarius vel Quartodecimanus in Romana Synodo damnatus ſub S. Silueſtro Papa, de quo fuſe in *lib. 2. Præneſtes. cap. 10.* ſcribebam olim) quia adhuc parne ante editiones ſuas, Victorini ſectator ceſſit Origeni. Cœperunt ergo ex Origene magnifica plura proponi, &c. Concludit autem Oroſius. Iſti vero Auiti duo, & cum his S. Baſilius Græcus, qui hæc beatiſſimè docebant, quædam ex libris ipſius Origenis non recta, vt nuper intelligo, tradiderunt. S. Baſilius traductus fuit à quibuſdam Origeniſta, propter ea, quæ de igne Purgatorio ſcripſit; idque innuit Allatius in *Conſenſ. vtriuſque Eccleſiæ de Purgatorio p. 182.* at dolet S. Auguſtinus ex Priſcilliani hæreſi ad errorem Origenis apud Hiſpanos fuiſſe homines dilapſos, & tàm hæreſim, quàm errorem confutat.

Hæc de Auitis adnotaui, quia à primo Verſioné Lucianæorum Bibliorum Latinam nemo præter Gennadiū memorat, & alijs de ea relinquo ampliandum. Card. Baronius ibidem cenſet S. Hieronymum, qui S. Damaſi ſanctione vulgatam emendauit, purgauit, & probauit, vnde quinti Euangelij auctorē Theodorus Mopſueſtenus Epiſcopus apud Photium *Cod. 177.* & Iulianus *lib. 4. oper. Imperfect. num. 87.* calumniantur: quod Reuerendus P. Henricus Noris Auguſtinianus verſatiſſimus in Hiſtoria Pelagiana diligenter obſeruauit, ex Hebræo Biblia vertiſſe, & hanc Translationem Latinam dictam nouā, vti alia ex LXX. Itala nominabatur vetus,

& S. Gregorium M. nunc Veterem ſuiſſe, nunc Nouam; & ipſe teſtatur in Moralium præfatione. Poſt S. Gregorium conflatam vnam, quæ appellata fuit communis, & vulgata, quam ab Hæreticis etiam commendari docet Morinus. *Exercitat.* 2. *p.* 120. & *exercit.* 7. *p.* 345. de illa ſcribit librum Mariana, idem *exercit.* 6. *p.* 305. & Auguſtinus etiam Steuchus, *an vulgata Editio ſit S. Hieronymi.*

De pluribus Latinis tàm veteris Teſtamenti, quàm noui verſionibus plura congerunt alij Cardinalis Bellarminus, Fabianus Iuſtinianus, Serarius, Card. Baronius nunquam ſatis laudatus Vulgatam Editionem Bibliorum emendatam labore Alcuini ſiue Albini, iuſſuque Caroli M. cum Epigrammate, atque Pandectæ, ſeu carmine Ingeberti, qui ſe Referentem, id eſt Referendarium (vt opinor) & ſcribam fidelem Graphidas Auſonios æquantem, ſuperantemue, tenore mentis iactat ad an. Ch. 778. *Tom.* 9. *Annal. p.* 340. aſſerit: correxiſſe ante obitum ſuum cum Græcis, & Syris Euangelia Carolum M. affirmant Annales Francici à Pithæo editi p. 105. Exſtat ille Codex in membrana eximio artificio exaratus, imaginibuſque auro, & minio illitis, & pictis adornatis, prout ea tulere tempora, & in S. Pauli Cœnobio propè Vrbem ſeruatus diligenter; exſtat & huius Ingoberti mentio ad annum à C. N. 826. in Actis Translationis S. Sebaſtiani 20. Ianuarij apud Bollandum, vbi vocatur Vir Illuſtris Ingobertus Comes. Notat idem Bollandus eius fieri ſæpius mentionem in Geſtis Ludouici Pij, & Caroli M.

Co-

Comites autem tunc appellabantur Aulici; non tamen id aggreſſus eſt Carolus M. abſque Romani Pontificis auctoritate, Hadriani nempe Primi, quem, & pro Filiatione naturali Chriſti, & pro Spiritus Sancti Proceſſione à Patre, atque Filio, & pro Imaginũ cultu, & pro Ritibus tamquã ad oraculum ſemper adire conſueuerat, conſulendo ipſum, ac eius reſponſa, & mandata ſequendo, vt ex Hiſtorijs liquido comprobatur.

Quin & in Sanctæ Cæciliæ Parthenone intra Vrbem vetuſtiſſimum volumen manuſcriptum Bibliorum cuſtoditur, tamquàm à Gryphibus aurum, ab illis Deo deuotis Virginibus, in membrana etiam, in quâ Libellus S. Iſidori ad Oroſium Reuerentiſſimum Presbyterum, Typicam figuram gerens, veteris Teſtamenti. Sunt & Ailerani verſus Politici de Capitibus Euangeliorum: videtur ſcriptura inter 1000. & 1100. annum à C.N. in ora libri Rubrica, CCCC. adnotatus annus Domini M.XC.VIII. Indict. 1. Menſ. Iul. & appingitur Ioannes Archipresbyter Viuat in Domino. An qui vocatur paulo antea Ioannes Archiſacerdos? Nec minore cura in Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam Bibliotheca, ſeu Patrum Dominicanorum, aſſeruabantur Biblia minutiſſimis exarata litteris, à Benedicto Papa V. adhuc priuato in membrana, quæ ſola ſecum detuliſſe fertur Hamburgum, vbi relegatus obijt ab Othone Tertio Imperatore, cum reſtituendus foret in Pontificatum Anno à C.N. 963. Illius Cenotaphium retulit Lambecius p. 37. *Originum Hamburgenſium*; commemorat illa Cardinalis Baronius *Annal. Eccleſ. p. 789.*

ſed

ſed non omnibus probabatur communis hæc de Biblijs iſtiuſmodi opinio. Nicolaus tituli Damaſi Diaconus, & Bibliothecæ ſuffraganeus, æuo Lucij 2. ſcribens ad Petrum Baſilicæ S.Petri Canonicum, de Scripturæ Sacræ emendatione, multa diſſeruit, Vir Hebraicę linguę peritiſſimus, laudaturq; à Card. Beſſarione Phœnice Litteratorum ſæculi ſui *pag.14. Opuſculi de S. Ioannis Euangelij* parte illa, in qua legitur *Si eum volo manere.*

Ne quid dicam de multis alijs tàm manuſcriptis Bibliorum Codicibus, vti erat ille Theclæ, de qua in meis ad Nilum Notis egi, cuius ex Alexandrino Exemplari ſpecimen viſum, quia illum Codicem edere cogitabat Vſſerus Armachanus: exultabat tantopere Sarrauius Heterodoxus, etiam *p. 223. & 245. Epiſt.* Fuit & Pandectes, quem inter alia dona Ceolfridus Abbas Anglus miſit Eccleſiæ Sancti Petri, à B. Hieronymo in Latinum ex Hebraico vel Græco fonte translatum, Teſte Beda circa C.N. A.718. Fuit & Codex in Bibliotheca Eminentiſs. Ioannis Franciſci ex Comitibus Guidijs à Balneo S.R.E.Card. & Herois omni laude maioris, perantiquus Codex (inquam) exaratus calamo Pſalmos continens, & illi attextus 151.mus Pſalmus, quem ſuppeſititium, & apocryphum cenſent omnes, cum in Hebræorum Pſalterio in *Canone vltimo Concilii Laodiceni, & ſeſſ.1. Tridentini*, 150. Pſalmi tantum numerantur, e Cardinale Bellarmino *lib. de Script. Eccleſ.* Etiam Ioannes Lorinus Presbyter Societat. Ieſu, Patriæ meæ lumen, *cap.5. Præfation. in Pſalmos*, ſcribit neminem eius Pſalmi 150. meminiſſe,

præ-

præter Athanaſium in Synopſe. Fuiſſe quidem Pſalmos Dauid tres mille, ſed relictos 151. ta ſub Ezechia,& tamen in Apollinarij μετάφρασει τοῦ ψαλτῆρος reperitur expreſſus Heroicis verſibus hic 151. & exſtat in Codicibus Arabicis. Genebrardus ad *Calcem ſuorum Commentariorum in Pſal. ex Verſ.* LXX. adiecit, & in Græcis affirmat reperiri exemplaribus poſitum extra numerum, ſicut in peruetuſto Libro Pſalmorum membranaceo cum hoc titulo, Pſalmus Dauid, ita videtur in Biblijs Sanctæ Cæciliæ, incipitque Puſillus. Neque differam de alijs editis à Ximenio Cardinale, ſeu Complutenſibus, deque Regijs Antuerpiæ, ac Pariſijs, & Polyglottis Londinenſibus, ac reliquis; nimis enim longum eſſet omnes enumerare.

Quod attinet ad Pſalterium. S. Hieronymus, quem Eccleſiæ in exponendis Sacris Scripturis Deus maximum Doctorem prouidere dignatus eſt, quater laborauit in Pſalterio, bis nempe vertit illud, & bis emendauit, licet alij ter tantummodo putent illi Sanctum hunc inſudaſſe. Inprimis enim Pſalterij Tranſlationem Latinam à Principio Chriſtianæ Religionis, ſiue à tempore Apoſtolorum conditam, interpretante ſcilicet horum aliquo aut Diſcipulorum (vti ſagaciter Eminentiſſimus Cardinalis Bona *lib. 2. c. 3. Rerum Liturgicar.* ſubodoratus eſt) Ego vero audacter S. Marcum Euangeliſtam fuiſſe ipſum interpretem crediderim. Eam (inquam) Tranſlationem Latine redditam e Græca ſecundum LXX. quæ apud Romanos Chriſtianos in vſu præſertim erat, & ſcatebat, mendis operarum,

rum, ac vitio exſcriptorum, correxit, petente Damaſo Papa. Legebatur autem illa in Italia vulgo, à vetuſto eo æuo, vnde Vulgàta vetus, & Itala fuit dicta; & à ſanctis Patribus, Auguſtino præcipuè obſeruata: permanſit vero apud Italos, & Romanos emendata diu, paſſimque decantabatur olim, ſicut hodie in Baſilica S. Petri, quin & ex Decreto S. Gregorij Magni Papæ, qui Eccleſiaſticum Officium apprime diſpoſuit. Secundum illam Introitus, Gradualia, Offertoria, Antiphonæ, Reſponſoria, Tractus, Poſtcommuniones, decantantur adhuc, Teſte Guillermo Durandi Epiſcopo Mimatenſe, in *Ration. Diuin. Offic. cap.1. lib.6.* Hancque Verſionem Romanam vocat, ſiue Pſalterium Romanum, Caſſiodorus, ex Cardinale Baronio *p. 349. in Annal.* qui Romæ ſuſceptum affirmat, inſtante Damaſo, vti iam ſum præfatus.

Tranſtulit præterea S. Hieronymus Pſalterium ad preces Paulæ ac Euſtachij, Damaſoque vrgente, (cum vtriuſque circumferantur Epiſtolæ) e Græco, in Latinum ſequutus Theodotionis Editionem, quæ ſimplicitate Sermonis non diſcrepabat à LXX. hocque Pſalterium Damaſus Papa, S. Hieronymo ſuadente, qui verſatus in Gallijs diu fuerat, eaſque luſtrauerat, imò & nonnullis habitauerat in locis, nam & Treueris S. Hilarij volumen de Synodis manu ſua perſcripſerat, cantari voluit, & promulgatum apud Gallos introduxit S. Gregorius Turonenſis ex opinione pereruditi Holſtenij. Concordat profectò iſtud ad verbum cum Græco; additum tamen ei fuit aliquid ex Hebræo, vnde dicitur

citur ad Hebræum potiùs acceſſiſſe, cum tàm Obelis, quam Aſteriſcis confixum fuerit, nouumque nuncupatum eſt, ac Gallicanum, & reliquis communius, inque textu Bibliorum habetur cum prologo S Hieronymi, qui meminit huiuſce Verſionis in *lib. de Vir. Illuſt.* In regula porrò Minorum Ordinis S. Franciſci cauetur, vt Fratres officium celebrent iuxta Ritum Sanctæ Ro. Ecc. præter Pſalterium Gallicanum.

Poſtea Sophronius quidam diſputans cũ Iudæis, dum obijcerent illi aliqua non ita ſe habere apud ipſorum Libros Hebraicos, ſicut in Pſalterij Verſione, quam S. Hieronymus e Græco lucubrauerat, flagitauit à S. Hieronymo, vt Pſalterium ex Hebræo transferret: Cui operi ſe Doctor egregius accinxit, & illud abſoluit; nullibi autem canitur, ſed apud multos exſtat, & à Lirano, & Michaele Bononienſi, alijſque fuit expoſitum quemadmodum & legitur operum S. Hieronymi *Tom.* 7. De iſta Secunda Verſione Pſalterij Vrſus in *præfatione vitæ S. Baſilij*, ait, quod etſi Sacram quidam Scripturam interpretati ſunt, ideo poſteriores hanc, nihilominus interpretari debuerunt, ſi enim hoc non eſſet, eamdem Scripturam Sanctam Latinitas ex ipſo Hebraico fonte per B. Hieronymum S. R. E. Presbyterum, & Diuinæ Bibliothecæ Cultorem (an Cuſtodem) hactenus non hauſiſſet, (aut habuiſſet) Fuit Vrſus S. R. E. Subdiaconus, Nicolao primo ſedente ad annum à C. N. 880. & ad ipſum dirigitur Anaſtaſij Bibliothecarij præfatio ſuper Miraculis S. Baſilij ab Helladio collectis.

Hæc S. Thomas Aquinas affirmat in *Proœ-*

 *mio*

*mio ſuorum Commentariorum ad* 50. *Pſalmos*, & Auctor Maris Hiſtoriarum Gallicus, quod Ioannis Columnæ Chronico excerptum eſt, *Ætate* 4. *p*. 80. *col*. 4. Vincentiuſque Bellouacen. *cap*. 92. *lib*. 17. *Speculi Hiſtorialis*, errat hic in Chronologia Verſionis ex Græco, dum appingit annum ſecundum Gratiani Aug. & 382 C.N. nam Gratianus fuit renuntiatus Auguſtus Ambianis, anno C.N. 367. & numerari debet annus eius Imperij Secundus, C.N. 368. e *Codice Theodoſiano p*. 80. & inſuper dum Verſionem è Græco ſupponit LXX. pro illa Theodotionis, quamuis parumper diuerſa ſit ab ea LXX. Sanctus certe Hieronymus Editionem LXX. prout in Hexaplis habetur, quæque Hieroſolymis decantatur, à ſe verſam in Latinum Sermonem præfatur, ſcilicet Theodotionis, quæ conſonabat cum LXX. eademque cenſebatur, ex Editione Origenis, quam Euſebius Cæſareen. omneſque Græci Tractatores κοινὴν. Communem & Vulgatam vocant, & à pleriſque dici λουκιανοῦ adnotant. Adde Cardinalem Baronium, & Ciaconiũ, quin & Cardinalem Bellarminum, qui *Tomo* 1. *Controuerſ. lib*. 2. *de Verbo Dei cap*. 9. aſſerit Vulgatam Pſalmorum Verſionem bis à S. Hieronymo emendatam fuiſſe; in primis quando vetus Pſalterium emaculauit, vti dixi, deinde quando illud declarauit. Et hic eſt quartus labor, ſiue opera, quam Pſalterio impendit Eximius Interpres, in Epiſtola ad Saniam, Fretelam fœminas el Germania ſiue Scythia oriundas, admonens eas quænam foret diſcrepantia inter Latinum, Græcumque Pſalterium;

nec tamen illud eſt Pſalterium, quod à Iacobo Fabro Stapulenſe conciliatum, appellatur.

Edidit etenim Faber ille nouitatis nimium ſtudioſus tria Pſalteria, quæ pertinent ad S.Hieronymum, primum emendatũ e veteri, aliud verſum e LXX. ſeu Theodotionis, tertium ex Hebraico Archetypo. Adiecit dein alia duo, vetus illud antiquatum, & aliud quod Conciliatum nominat, cum triplici Pſalmodia ſuperiore ac Gallica præſertim, vbi lima egere directionis videbantur (ait) Translationes illæ, in eoque adnotata gloriatur à ſe, non parùm ſuſpectus Faber, qui lima potiùs eget in his, quæ procudit; eamque meruit, vt oſtendit mihi Vir Illuſtriſſimus & doctiſſimus Michael Angelus Riccius, *in Expurgatorio Indice Hiſpanicæ Inquiſitionis*. Rectiùs adtexit Cardinalis Baronius, nos vti Pſalterio communi LXX. ſæpius emendato, non ſolum à S. Hieroymo, ſed ab alijs, Pontificum nempe Romanorum ductu, & cura, ſtudioque.

Gallicum illud dicitur à Lindano etiam Ruræmundenſi Epiſcopo, vt obſeruat *Pamelius in Ep. 42. S. Cypriani*, qui, cùm addit Tranſlationem Pſalmorum e Fabro editam, ante S. Hieronymum vſurpatam, nuncupari Romanum Pſalterium, & in vſu eſſe deſijſſe, præterquam in Miſſarum Introitibus, Gradualibus, Offertorijs & Poſtcommunionibus, confundit illud veſtus ſcatens erroribus Librariorum, & obſoletum ab illo Fabro tantùm in lucem emiſſum, cum eodem quod S. Hieronymus expurgauit, & emendauit, quodque perſiſtit in Introitibus & reliquis Miſſarum ſupraſcriptis locis, & in Ba-

ſilica S. Petri decantatur, vti mox indicabo, inſertumque fuit Biblijs Regijs, & Romanum vocitatur. At Gallicanum ab ipſo S. Hieronymo verſum, ac interpolatum non in Gallia ſolum, ſed & alijs in Prouincijs viguit, niſi quod in omnibus Vrbis Eccleſijs ad Pium vſq; V. æternæ memoriæ Vetus emendatum, ſeu Romanum perſtitit; nam Pontifex ille Sanctiſſimus ipſum ſuſtulit in illis, ſequutus Concilia Agathen. anno 506. Epaunnen. anno 509. Gerundenſe anno 517. Bracarenſe ann. 563. & Toletanū vndecimum anno 675. e de ijs 12. *Diſt. c. placuit, ibidem cap. altaria, Diſt. 1. de Conſecrat. inſtitutio Diſt. 2. ibi, & c. conuenit Diſt. 5. in Decreto ſeu Collectione Gratiani*, quorum Canonibus cauetur ordinem Eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri, vtque Ciues, Prouinciæ, atque Rectores Eccleſiarum vnum, eumdemque in Pſallendo teneant modum: Pius (inquam) Pontifex, vt vbique Terrarum vnus eſſet Pſalterij tenor, cum paſſim & ipſa in Italia ſublatus eſſet Romanæ Verſionis Pſalmorum vſus, vt e Brunone Aſtenſi, qui ex Abbate Caſſinenſi Epiſcopus Signienſis euaſit, Eminentiſs. Card. Bona euincit ingenioſe non minùs, quàm erudite, & ex alijs argumentis ante 600. annos, noluit vt Eccleſia Romana reliquarum Mater, ac Magiſtra, vteretur alia Tranſlatione Pſalmorum, quàm cæterarum Prouinciarum Eccleſiæ, Gallicanæ, nempe, in his recepta.

Verùm ſicut Mediolanenſem Eccleſiam eadem Verſione vti permiſit, quam vetuſto more Ambroſiani vſurpabant, Romana nempe, licèt alicubi ab ea diſcrepet, & in Breuiario quoque veteri

Hiſ-

Hiſpanico ſecundum Regulam S. Iſidori; quod Mozarabicum dicitur, perſtare Romanum hoc Pſalteriũ, quod canerent Clerici, ex inſtitutione Franciſci Ximenez S.R.E.Cardinalis & Archiepiſcopi Toletani, non abnuit; ita illud in ſola Baſilica Vaticana reliquit, quod in ea nunc etiam (hæc ſunt Verba ipſa Eminentiſſimi Cardinalis Bonæ) religioſiſſime recitatur, & nouiſſimè, ſublatis mendis, quæ irrepſerant, priſtinæ integritati reſtitutum eſt. Atque hac ratione vniformitas ſumma inter ea, quæ in Horis Canonicis & in Miſſa cantari debent, obſeruatur, ſibique mutuò conſonant Miſſale ac Breuiarium. S.Gregorius Magnus in ſcriptis ſuis teſtimonia ex Pſalmis ſecundum hanc Verſionem profert, vt ex collectione S.Paterij conſtat, & ex Parallelis, quæ ſubnecto, cura & ſtudio Illuſtriſſimi Viri D. Lucæ Holſtenij Canonici Baſilicæ, Vaticanæ, ac Bibliothecæ Cuſtodis, qui varias lectiones, etiam ſubiunctas, interpunctiones, atque verſuum diſcrimina collegit, e Codicibus Caſinenſi, & Florentino: S. Auguſtinus in explanatione Pſalmorum hanc Verſionem ſequutus eſt, quam cæteris præferendam cenſuerat. Caſſiodorus diu poſt S. Auguſtinum in Pſalmos huiuſce translationis elegantiſſima commentaria compoſuit.

Pſalteriũ permultis voluminibus interpretati ſunt apud Græcos, Origenes, Euſebius Cæſareenſis S Baſilius, S.Io:Chryſoſtom. Theodorus Heracleotes, Aſterius Scythopolitanus, Apollinaris Laodicenus, qui Heroico carmine illud expreſſit, Didymus Alexandrinus, Theodoretus Cyrenſis,

quem

quem Latinè vertit Antonius Caraſa S. R. E. Cardinalis, & doctiſſimus Bibliothecarius, & ea Verſio in Vaticana ſeruatur, Euthymius Zigabenus, qui vixit anno C.1118. De 24. Græcorum Patrum expoſitione in Pſalmos publicata Balthaſaris Corderij cura in meis ad *Indicem Operum S. Nili* agebam *p. 639.* Feruntur & diuerſorum in paucos Pſalmos opuſcula penes Latinos; S. Hilarius Pictauenſis Epiſcopus, & Euſebius Vercellenſis Origenem, & Euſebium Cæſareenſem in Pſalmos tranſtulerunt; eoſdem expoſuerunt S. Ambroſius, S. Hieronymus, S. Auguſtinus, Ruffinus, S. Proſper, Arnobius Iunior, quem ad annum 437. locat Bellarminus Cardinalis, qui & in eos elaborauit, quin Remigius Beda, Aymo, Bruno, Hugo à S. Victore, Rupertus, Guillelmus Pariſienſis, & S. Romualdus non ſeruata regula Grammaticæ, ſed ſano ſenſu, vt in eius vita Petrus Cardinalis Oſtienſis affirmat p.35. S. Bonauentura, & alij quamplures. Incognitus, Thomas de Vio Caietanus, Iacobus de Valentia, Botta verſibus vinxit, Folengius, Cornelius Ianſenius, Cardinalis Gymnaſius, Titelmanus, Steuchus, M. Antonius Flaminius, Eobanus, Heſſus Hæreticus, quin & impius Buchananus metri ſub leges miſerunt ſatis hi tres infeliciter, ſed recte Ludouicus Magnetius Presb. Soc Ieſu Pſalteriũ Dauidicum vetus à 600. amplius ſcribarum mendis vindicauit, Vuilhelmus Damaſus, Lindanus, Epiſc. Ruræmundenſis, tranſtulit & Pſalteriũ ex Hebræo Felicius, idque typis editum fuit anno 1515. Gilbertus potiſſimũ Genebrardus egregijs

gijs Commentarijs Pſalmos dilucidauit Vir Hebraici peritiſſimus Idiomatis. Exſtant eorum Verſiones Arabica, Syriaca, & Chaldæa.

Stephanus Langton Archiepiſcopus Cantuarienſis, Innocentio Tertio Sedente, Sacra Biblia eleganter, ac erudite his capitibus, quibus nunc in Eccleſijs Chriſtianis diſtincta ſunt, ſeparauit, ſi quæ fides Auctori Antiquitatum Britannicarum p.150. Neque minus bene meritus eſt de Republica Chriſtiana, qui Biblia eadem aptis interpunctionibus diſcriminauit in Verſus, ſiue cola, & commata diſſecans appoſite tam verſuum, quàm interpunctionum differentias, in quibus perſæpe vertuntur momenta, ſenſus, & intelligentiæ. Leo Allatius de his, in *Notis ad Methodium p.359.* Biblia in volumine Altaempſianæ Bibliothecæ M.S. (vt laudatus Holſtenius adnotauit accurate) e membrana continent numerũ verſuum appictum in calce, vti libri Digeſtorũ ſeu Pandectarum Iuris. I: Croius Hæreticus.*cap.1. obſeruationum in nouum Teſtam. de Verſibus* π̃ π Duaren *lib.2. cap. 6. Anniuer. diſput.* Franc. Balduin. in *Iuſtiniano ſuo pag. 269.* Caccialup. Sanſeuerin. *de Modo Studendi,c.11.f.*180.Sixt.Senenſis *lib.3. Bibliotheca Sanctæ fol.* 135. I. Lipſius *Ep.39. lib.* ſeu *cenſ. 3. miſcellanum*, qui de interpunctionibus, & Sarrauius in *Epiſ. p.* 136. Eas vero neſcit eſſe velut Mercurios; qui olim digito vias commonſtrabant iter agentibus, ſic enim dirigunt illæ Lectores, & Auctorum ſenſa germana exhibent ipſis, ita vt abſque his libri ſint velut auiæ ſyluæ, in quibus viatores confuſis veſtigijs va-

vagantur palabundi. In prima Editione Pſalterij, quam Eximius & incõparabilis Vir Marius Alterius, qui procurauit illam an. 1591. in 8. e Typographia Vaticana, quoad potuit cauere niſus eſt, vt quàm emendata & caſtigata prodiret; ſed in repetita irrepſerunt errores non pauci anno 1663. qui & ad prima exemplaria recurrendo & has lectiones varias percurrendo facile tolli potuerunt. Quantus autem fuerit iſte Marius Diſputationes eius de Cẽſuris Eccleſiaſticis, nempe de Excommunicatione, Suſpenſione, ac Interdicto, cum Explicatione Bullæ Domini duobus Tomis comprehenſæ ſatis indicant, non e Theologia ſolum, & Iure Canonico, vel Ciuili deſumptæ, verum & Sanctorum Patrum teſtimonijs, atque probatorum Auctorum ſententijs & hiſtorijs confirmatæ, Romæque typis promulgatę, atque ab Illuſtriſſimo Horatio fratre anno 1620. Paulo V. Pont. Max. Dedicatæ.

Scholæ olim Fpiſcoporum in clauſtris, ſeu periſtylijs Canonicorum erant, qui à Canone ſeu Regula dicti, non vti commentus eſt Turrianus à Communione quaſi κοινωνικοὶ, & apud inſignes Eccleſias viri docti fouebantur, qui ſcholas ſuſtinerent. Valuit vetus ea conſuetudo ab Alexandrinis vſque Clemente ac Origene primiſque Doctoribus Eccleſiæ traducta, qui apud memorabiles Vrbes Alexandriæ, & Antiochiæ, ſuis temporibus, & in omnibus locis ſacras litteras docuerunt, totumque per Chriſtianum Orbem; hinc nomina Scholaſticorum, & Capitum Scholarum in Cathedralibus adhuc retinentur. Scholaſticus olim ſignificabat

bat ſtudioſum, Aduocatum, ſeu Defenſorem, *Can.* 95. *Cod. Conc. African.*, *Sardicen. Synodi cap.* 13. *Iuſtinian. Nouell.* 80. *de Monaſt.* Valafrid. *can.* 25. *de Rebus Eccleſ.* eruditum ac politum hominem, qui ſcientijs vacabat in Muſeo Alexandrino, S. Hieronymus de Serapione, Ant. Auguſt., Torrig. *de Crypt. Vatican. p.* 92. Theologum interpretatur, e Cæſario *lib.* 1. *c.* 11. Franco Scholaſticus Leodien. qui anno 1060. vixit. e Vincentio Bellouacen. in *Specul. Hiſtor. lib.* 25. *cap.* 29. ſcripſit ad Hermannum Archiepiſcopum de Quadratura Circuli, Simlero teſte.

S. Bruno auctor Carthuſianorum Remenſis fuit Scholaſticus Canonicus, id eſt Interpres Theologiæ; habuitque Auditorem Othonem à Caſtillione Clericum Remenſis Eccleſiæ, dein Vrbanum Papam Secundum. Fuerunt & Scholaſtici, ſuntque Coloniæ, & Lexouij, ex Epitaphio Romæ in S. Gregorij, Scholaſticiſſimus, in Vit. Dionyſ. Marty. enuntiatur, Scholaſter *Concilij Trident. cap.* 18. *ſeſſ.* 23. paſſimque, Scholaſteriæ ex Cæſario *l.* 4. *cap.* 60. & Magri in *Not. ſacr.* Sapientiſſime itaque Patres Sacroſancti Concilij Tridentini pijs Summorum Pontificum, & probatorum Conciliorum conſtitutiobus inhærentes, eaſque amplectentes, & illis adijcientes, conſuetudinem iſtam, fidelibus vtilem, ac ſalubrem reuocare cupientes *ſeſſ.* 5 *c.* 1. *de Reformat* iuxta *Canon.* 6. *Concilij Conſtantinopolitani* 5. *& can.* 11. *Lateran.* ſub Innoc. 3. immo, & ante ſub Alexandro 3. *cap. quoniam* 1. *& cap. quia extra, de Magiſ. & Clemen.* 1. *eod.* ne cæleſtis ille ſacrorum Librorum theſaurus, quem

Spiritus Sanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceret, ſtatuerunt, vt in omnibus Eccleſijs Metropolitanis, vel Cathedralibus,& alijs inſigni aliquo in oppido Collegiatis, Lector Sacræ Theologiæ deputaretur, qui Studioſos inſtrueret Sacra Doctrina, & informaret gratis, adſignato ſtipendio, ſeu Beneficio. Quamobrem in Baſilica quoque S. Petri tàm auguſta, tàm veneranda deputatus fuit iure Canonicus Theologus, qui eam fidem, quam S. Petrum tradidiſſe Romanis religio huc vſque inſinuata declarat, (vt dicit Theodoſius *l. 2. Cod. Theodoſ.* quæ prima eſt Codicis Iuſtiniani, *de Fide Catholica*) eloquenter e Sacris Oraculis, & Patribus explicaret; in ea (inquam) Baſilica, in qua (vt affirmat Nicolaus Primus) Sanctitatis Eccleſiæ quieſcit Principatus, & tantorum Martyrum præiacta ſunt ſemina, de quibus quaſi tota ſeges Eccleſiæ pullulauit, (*Bulla data Romæ Anno* 1278.) in qua & Apoſtoli quotidie ſedent, & cruor ipſorum ſine intermiſſione Dei gloriam teſtatur, vti ſcribunt Patres Arelatenſis Concilij anno 314. C.N. ad S.Silueſtrum Papã Primum; & Lector ille Sacrorum librorum explanationes promulgaret, Theologique nomine, ſicut olim S. Ioannes Euangeliſta, tùm Dionyſius Areopagites, & Gregorius Nazianzenus, decoraretur.

Hoc igitur munus delatum fuit an. 1586. in Baſilica S. Petri digniſſimo Viro Mario Alterio Romano, qui poſſeſſionem accepit,& Canonicatus Vacantis per promotionem Rutilij Benzonij ad Epiſcopatum Lauretanum, de quo lubet at-

te-

texere, quæ depromta ex Archiuo Illuſtriſſimus D. Alexander de Attis Canonicus, & accuratiſſimus Archiuiſta mihi perhumaniter communicauit. Supradictus Alterius præter generoſos natales, multis virtutibus, vitæ integritate, ac honeſtate conſpicuus, Sacræ Theologiæ inſignis Magiſter, & Caſuum Conſcientiæ per multos annos in Vaticana Baſilica doctiſſimus Lector, Orator facundus, & elegans, Diuini humanique Iuris Conſultiſſimus, ſuæ doctrinæ monuméta reliquit de Cenſuris Eccleſiaſticis, magnum volumen, circa quod multos labores expendit, Germanus eius prælo edidit poſthumum, Baſilicæ lites doctrinæ ſuæ ſcriptis defendebat; continue fere maior exſtitit Camerarius ad res agendas promtiſſimus: obijt bonorum omnium cum mœrore in Feſto S. Petri. Succeſſit ipſi Ioannes Baptiſta Alterius fratris filius anno 1613. die 14. Iulij, & eumdem anno 1633. Vicarium Baſilicæ comperi, cùm ad Epiſcopatum Camerinenſem prouectus fuiſſet, vnde ad Cardinalatus dignitatē ab Vrbano VIII. Pontifice Sanctiſſimæ memoriæ, qui præmia bene meritis liberaliter elargiebatur, fuit elatus: & ſubinde tradens Aemylio fratri, qui bono Reipublicæ Chriſtianæ natus, iam tùm illuceſcebat, quaſi lampadem Camerinenſem Eccleſiam, e qua Princeps Gratiarum manibus effictus, & in quo veteris veſtigia recti ac mores meliori cuſos metallo, iam tùm licebat admirari, ad Purpuram & ad Tiaram inaltatus, Clemens Pontifex X. tot illuſtria prouidentiæ ſuæ in dies edit, edatque diutiſſime, iuxta bonorum om-

nium vota, ſemper ſpecimina.

Sixtus certe Pontifex, quem Patruus meus Franciſcus Suareſius Iuris Cōſultus Auenionenſis in Panegyrico primo, qui lucem adſpexit an. 1587 Romæ, dilaudat potiſſimum, quod munificentiam exerceret erga de Republica optime meritos, paterentque ita liberalitatis eius perennes fontes, vt bonos præmiorum vberrimorum ſpe ad virtutem atque omnem laudem inuitaret, & inflammaret, Sixtus (inquam) non poterat deligere parem vllum Mario Patricio Romano, qui ex ea gente oriundus erat, quæ tot protulit inſignes pietate, ac præclariſſimos Heroas, rebus domi, foriſque geſtis, quique ſcientijs omnibus ornatus non ſolum Lectionibus aſſiduis incubuit, Moralem Theologiam, quæ hodieque ſtadium eſt, ac Lyceum ſublimiorum Ingeniorum, edocens, quin & Scholaſticam, Poſitiuam, Polemicam, Myſticam, atque Dogmaticam illi admiſcens, & Ius, quà Canonicum, quà Ciuile: Verum & obiuit ſacra munia pro virili, ſeque domui ſuæ bene præpoſitum, negotia Baſilicæ, ac iura tuendo mirabiliter exhibuit, & per totam Quadrageſimam conciones in ea Baſilica, ſtupentibus omnibus, habuit. Hoc verò tanti pretij opus, Pſalterium nempe Romanum, peculiare ſui amoris pignus, Præcipui quodam iure, atque περιτιμήσεως indicium prælo committi tàm ſedulo procurans, Baſilicæ dereliquit.

En igitur Marij Præfationem, in qua velut in ſpeculo animum eius compoſitum, placidum & benignum, Chriſti Domini, & eius ſponſæ

ſæ zelo flagrantem, eruditione ſacra præſtantem conſpicere datur. Eleganter quidam titulos librorum appellauere claues; at iſte prologus aperit Pſalterij methodum, & clauis aurea iure nuncupari poteſt. Felix Marius,qui Diuinas laudes ad S. Petri tumulum decantari pro more antiquo voluit, quas nunc in Cælo canit torrente voluptate potatus, ſicut in eius diſciplina educati filij fratris, (tàm fauſta namque nomina memorare ſæpius amicum eſt) ad excelſiores apices aſcenderunt, Ioannes Baptiſta quidem ad Cardinalatum, ſed Æmylius etiam ad Pontificatus ſummi Thronum, & vnanimorum Patrum conſentientibus ſuffragijs, in eoque nunc ſedens Eccleſiam, quà late patet, moderatur ſapientiſſime cum publico applauſu. Ita vos, Illuſtriſſimi Domini Canonici, quos vocitabo merito, florem delibatum Romani Cleri, gaudium & Coronam S.Petri, eorum veſtigia perſequimini Diuino in Cultu, & ad æterna Brabia feruide anhelantes, theſaurum iſtum caute, ſolliciteque cuſtodite, penſum Canonicum diligenter exſoluite, attente, diſtinctéque Pſallentes, & modeſti, ita vt forma facti gregis Eminentiſſimum Principem Carolum Barberinum Archipresbyterum veſtrum, qui vobis prælucet tot virtutibus emicans, & hac inprimis, imitando exhilaretis, & Marium exprimentes, æmulandoque meliora Chariſmata Sanctiſſimo Domino Noſtro Clementi Decimo Pontifici Maximo, tantique Viri ex fratre nepoti placere poſſitis. Præſtat nunc legere Præfationem ipſius, tum varias Lectiones percurrere.

*Præ-*

Digitized by Google

## *Præfatio in Pſalterium Romanum ad vſum Cleri Baſilicæ Vaticanæ MARII ALTERII Theologi & Canonici eiuſdem Baſilicæ.*

QVamuis Romana Eccleſia Vulgatam Sacrorum Librorum Latinam Editionem longo tot ſæculorum vſu probatam, & à Sacris Concilijs ſummis laudibus celebratam in Eccleſiaſticis Conuentibus recitare ſemper conſueuerit; Clerum tamen Romanum *Pſalmos ex alia quadam antiqua Verſione* retinuiſſe certum, exploratumque eſt. Quod demonſtrat Baſilica S. Petri, quæ ad hunc vſque diem vſum huius Pſalterij tenet: oſtendunt quoque manuſcripta exemplaria, quæ in Eccleſia Lateranenſi, Beatæ Mariæ Maioris, atque in alijs Patriarchalibus huius Vrbis Baſilicis, in quibus idem ſemper (inquit) Pſallendi modus reperitur. Qua ratione factum eſt, vt merito Pſalterium Romanum ſit appellatum, quoniam in Eccleſijs Romæ probatum, firmum, ratumque ſemper eſt habitum, & ad illam veterem Latinam Interpretationem pertinere non leui coniectura creditur: quam B.Auguſtinus *lib.*11.*de Doctr.Eccleſ.c.*15.Italam appellauit. Noſtra ætate cum pijſſimæ memoriæ Summus Pontifex Pius Quintus preces Canonicas & Breuiarium Romanum ad primæuam inſtitutionem emendauit, hæc Pſallendi formula ex cæteris Vrbis Eccleſijs ſublata fuit, & quæ in eodem Breuiario præſcribitur, eſt coepta obſeruari. Sola Vaticana Baſilica huius Pſalterij vſum à Maio-

Maioribus traditum, tum ob antiquitatis auctoritatem, tum quia ex eo præclara Teſtimonia ad Fidei Catholicæ confirmationem deſumi poſſunt, quæ ſuperuacaneum eſt congerere, *ſummo ſtudio*, & omni conatu; eodem Pio *Pont. Max.* conſentiente, & approbante, integrum ac inuiolatum conſeruauit. Verùm cum huius Pſalterij Codices vix reperirentur, illique vel ex Librariorum incuria, vel ex Impreſſorum imperitia, mendis & erroribus aſperſi circumferrentur, curatum eſt aliorum etiam ingenio & doctrina præſtantium Virorum adhibito iudicio, vt in germana, ſinceraque Lectione perquirenda nihil ex coniecturis in rebus ambiguis vel Expoſitorum enarrationibus ederetur aut mutaretur, *Sed illud ad vetuſtiſſima exemplaria Baſilicæ Principis Apoſtolorum*, aliarumque præcipuarum Vrbis Eccleſiarum, ſumma cura, & diligentia recognitum & emendatum imprimeretur, ac præſenti Editione ad vſum Cleri eiuſdem Baſilicæ Vaticanæ in lucem exiret.

Para-

Digitized by Google

*Lucæ Holſtenij Canonici Baſilicæ Vaticanæ, & Bibliothecæ Cuſtodis cura, & ſtudio.*

Pſal. 94. *Et dixi ſemper*. Dixi ſemper hi.
Pſal. 1. *Fecerit*, faciet ſemper, *reſurgent impij*. reſurgunt. *Flor. Caſin.*
Pſal. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex *ab eo ſuper*. Florent. *Confringes*, Conteres, *Greg. 7. mor. cap. 7. pag. 326. edit. 2.* *Romæ*, vt in reliquis apponitur.
Pſal. 3. *Tu autem Domine Suſceptor meus es* & gloria mea exaltas caput meum. *Flor.* gloria mea exaltans. C. M. *Caſſ.* gloria mea & exaltans. & exaltans. & *Caſſ.* & Vat. *Cœpi. cepi Greg. in Pſalt. v. p.* 1719.
Pſal. 6. *Domine ne in ira Tua arguas me, neque in furore tuo corripias me, Greg. hom. 16. in Ezech. p. 219. & 20. 285.* omnia C. *Et eripe animam meam*. Domine & libera. C. *Turbatus eſt præ ira Greg. 33. mor. cap. 27. pag. 1565.* Fletus mei exaudiuit Dominus, *coniungit Flor. & Caſſ. Dominus Orationem meam aſſumpſit* Greg. 5. Moral. c. 17. p. 238. *vehementer* ex Vat. *Marian. de Vulg. edit. p. 77.*
Pſal. 7. *Deus iuſtus fortis, & longanimis*. Deus iuſtus fortis & patiens, *Flor. Caſſ. Greg. hom. 13. in Euang. 344.*

*Niſi*

Digitized by Google

*Niſi conuertamini gladium ſuum vibrauit*, *Greg.Hom.7. in Ezech.66.*

Pſal. 8. *Vt deſtruas Inimicum & Defenſorem*. *Greg. in Præf. Mor.* 27. ac deſtruas Inimicum & Defenſorem, & *lib.* 2. *cap.* 13. *q.* 555. *Quas Tu fundaſti*. *Greg.Hom.*13 *in Euang. p.*177.

Pſal. 9. *Qui iudicas æquitatem*, *Greg.Hom.* 34. *in Euang. p.*548.

Et qui iniqua gerit benedicitur. *Greg.* 4.*Mor.cap.*25. 190. & *l.* 12. *c.*22. 602.

Pſal. 9. *Polluuntur viæ eius in omni Tempore*, *Greg. Mor. cap.* 15. *p.* 233. *In occulto ſicut Leo in cubili ſuo*. *Greg. Mor.* 12. 1492. legit, quaſi.

Pſal. 11. *Labia doloſa in Corde*, *& Corde loquuti ſunt mala*. *Greg. XX. Mor. cap.* 2. *p.*918.*&* *Hom.*10. *in Ezech. p.*121.

*Tu Deus ſeruabis nos*, Domine. F. C.

Pſal. 13. *Confundiſtis*, Confudiſtis. F. C. ſpes eius, eſt.

Dum auertet Dominus captiuitatem, auerterit Lætetur Iacob, & exultet Iſrael. F. Caſ.

Pſal. 15. *Quoniam bonorum meorum non indiges*. *Greg.*16. *Mor. cap.*1. *p.*733.

Pſal. 16. *Ego autem cum iuſtitia apparebo in conſpectu tuo; ſatiabor dum manifeſtabitur gloria tua*. *Greg.* 18. *Mor. cap.* 28. *p.*872. & *lib.*26. *cap.*24. *p.*120.

Pſal. 17. *Diligam Te Domine virtus mea. Greg.*32. *Mor. cap.*8.*p.*1484. *In latitudine*. In latitudinem.

*Et præcinxiſti me virtutem*, virtute.
*Greg. Turonen. Hiſt. Franc. lib.2. c.28.*
*Ab auditu auris obediuit mihi* . ob auditu : vel in auditu *Greg.* vero legit , ob auditum . *Homil.6. in Ezech. p.54.*
*Miſericordiam* cum *Chriſto ſuo Dauid*.

Pſal.18 . *Quoniam non audiantur voces eorum* , quorũ, Et *In finis* OrbisTerrę,In fines.

Pſal.20. *Præparare* vultum Illorum, præparabis.

Pſal.92. *Dominus regnauit , decorem induit*, Greg. *32. Mor.c.7.p.1471.Mirabilis in* Excel*ſis Dominus Greg. 9. Mor. c. 5 p. 432.*
Domum tuam Domine *decet Sanctitudo* , decent ſancta Domine.

Pſal.99. *Intrate portas eius in Confeſſione ,Greg. Hom. 16. in Ezec.218.*

Pſal.62. Quia melior eſt miſericordia Tua *ſuper vitas* . Super vitam, *Greg.*8. *Mor.c.*19. *p.*394. legit , *vitam* .

Cant.3.puer. *Benedicite omnia opera Domini, Dominum* Domino.

Pſal.148. *Et aquæ, quæ ſuper Cœlos ſunt*, *Greg. Hom.9. in Ezech.p.116. Appropinquanti* ſibi,appropianti.
*Laus* eius , Laudatio.
*Exultabit* manſuetos ; & exaltauit.
*Exultationes* Dei in gutture : exaltationes.
Et *cythara* : Cithara.

Pſal.21. *In nocte & non ad inſipientiam mihi. Greg.20. Mor.cap.22.p.958.&c.*
Cera *liqueſcens* . liqueſiens.
*Exaruit velut Teſta virtus mea . Greg. Mor.*

Digitized by Google

*Mor.lib.3.cap.2.p.134. & Hom.22. in Euangel.459.* & *Hom.34.in Euang.444.* *Deduxiſti* me,*deduxerunt*. Erue à framea animam, Deus:

Pſal.21. *In conſpectu eius procident vniuerſi.* cedũt. *Greg. Hom.XX. in Ezech.* 286. habet, procedunt, niſi ſit mendum in Codicibus.

Pſal.23. Qui non accipit in vano animam ſuam. *Greg.7.Mor. cap.13.p.34. Tollite portas* Principes *veſtras, &c. Greg. Hom.34.in Euang.pag.547.*

Pſal.24. *Iniqua*, Iniqui; *vane*. Vana.

Pſal.25. *Domine dilexi decorem domus Tuæ,& locum Tabernaculi gloriæ ſuæ. Greg. Homil.14.in Ezech.p.194.*

Pſal.53. *Quoniam alieni inſurrexerunt in me,&c. Greg.12. mor. cap.18. p.596.* al. ſuper me; & *hom.12.in Ezech.p.172.* & *lib.Reg.part.3.part.25.p.716.*
Oculus *meus*. Tuus.

Pſal.117. *Et Ego videbo inimicos meos. Gregorius XXX. Mor. cap.7.p.1314. Conſtituite diem ſolemnem in confrequentationibus, vſque ad Cornu altaris. Greg.9. mor.15.pag.451.*

Pſal.118. *Dum reſpicio in omnia mandata tua. Greg. 18.Mor. cap. v. pag.815. Iunior* Iuuenior.
*In mandatis tuis me exercebo. Greg.25. Mor. cap.11.p.1146. In tuis iuſtificationibus meditabor. Greg.*Hom.17. *in Ezech.p.75.*

Pſal. 118. *Conſolatio mea.* Conſilia, *Hebr. Græc.* & *Hieronym.*

Pſal. 118. Et *meditabar*. bor.

Pſal. 118. *Memento Verbi Tui Seruo tuo: in. Domine Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ*, *Greg. Hom.* 23. *in Ezech.* 320.

Pſal. 118. *Defecit in Salutari tuo anima mea*. *Greg.* 5. *moral. cap.* 15. *p.* 389. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes Greg* 7. *Mor. cap.* 6. *p.* 324.

Pſal. 118. *Super mel & fauum ori meo. Greg.* 19. *Mor. cap.* 5. *p.* 887. & *Homil.* 7. *in Ezechiel* 75. & *Homil.* 15. *in eundem* 212. *Humiliatus ſum vſquequaque Domine. Greg. Epiſt.* 25. *lib. p.* legit, incuruatus ſum & humiliatus ſum vſquequaque: ſed hæc verba ſunt in *Pſal.* 37.

Pſal. 118. *Vide quia mandata tua dilexi Domine &c. Greg. Hom.* 15. *in Ezech. pag.* 134.

Pſal. 118. *Fiat manus tua vt ſaluum me faciat*, & *Greg. Hom.* 2. *in Ezech. pag.* 17.

Pſal. 26. *Nunc autem exaltauit caput meum ſuper inimicos meos, circuibo, & immolabo in Tabernaculo eius. Greg. Hom. XV. in Ezechiel pag.* 203. & *Hom.* 17. *in Ezechielem*, legit, *Dei*.

Pſal. 29. *Domine Deus meus clamaui ad Te, & ſanaſti me &c. Greg.* 18. *Moral. cap.* 12. *p.* 828. legit; Saluaſti.

Pſal. 30. *Abſcondes eos in abdito vultus tui. Gregorius* 4. *Moral. cap.* 14. *pag.* 173. ſed addit, eos, & *lib.* 5. *cap.* 5. *p.* 215. & 6. *Moral. cap.* 18. 313. & *Homil.* 5. *in Ezech.*

Digitized by Google

*Ezech. pag.*50. Sed legit, ecſtaſi meæ. *Ego autem dixi in pauore meo, proie-ctus ſum à vultu Oculorum tuorum.* *Greg.* Moral.18. *cap.* 24.852. & *lib.* 23. *cap.* 13. 1073. & *lib.* 27. *cap.* 9. 1232. Confligitur ſpina. *Greg.* 20. *Moral. cap.*12.*q.*33. legit, confringitur: & in *pſal.* 31. 1656. *Greg. lib. Reg. part.*2. *ad* 3. 791.

*Tu es mihi refugium à preſſura, quæ cir-cumdedit me. Greg.* 26. *Mor. cap.*12. *p.*1171. & *Homil.*9 *in Ezech. p.*117.

Pſal.32. *Congregans ſicut. Greg.* 9. *Mor.cap.*5. *p.*451. legit, quaſi.

Pſal.34. *Et Angelus Domini affligens eos. Greg. Mor. lib.*3. *cap.*18.*pag.* 150. *Fiant viæ eorum tenebræ, & Lubricum, Greg.*19. *Mor. cap.*14. 904.

Pſal.36. *Puſillum adhuc, & non erit peccator.* *Greg. Mor. cap.*14. *p.*346. & 17. *cap.* 5. *pag.*784.

*Melius eſt modicum iuſto, ſuper,* quam. *Greg. Epiſt. v.lib.*1. A Domino greſſus hominis *diriguntur*, & viam eius *Cu-pit* nimis, dirigitur, Cupiet. *Greg.*25. *Mor. cap.*11.*p.*1146. cum *perient*, cum perierint.

*Vidi impium ſuperexaltatum, & ele-uatum ſuper Cedros libani, Gregorius Mor.*17.*cap.*5.*p.*783.

Pſal.37. *Computruerunt, &c. Greg.* 9. *Moral. cap.*31.*p.*477.

*Incuruatus ſum, & humiliatus. Greg. Epiſt.*

*Epiſt.* 25. *lib.* 1. & apud *Ioan. Diac. lib.* 1. *cap.* 49.

*Et proximi mei à longe ſteterunt*. *Greg. Mor.* 2. *cap.* 21. *p.* 94.

*Et lumen oculorum meorum non eſt mecum*. *Greg.* 33. *Mor. cap.* 27. *p.* 1565.

*Quoniam Ego ad flagella paratus ſum*. Greg. 1. *Mor. cap.* 7. *p.* 328.

*Quoniam iniquitatem meam ego pronuntio*. *Greg.* 8. *Mor. cap.* 2. *p.* 381. legit, pronuntiabo, & *lib.* 9. *cap.* 37. *p.* 405. vbi aliqui libri habent, ante me .... pro, & *Hom. XXX. in Euan. tom.* 3. 522. & *Reg.* 1. *p.* 625.

Qui *retribuebant mihi mala pro bonis*, retrahant mihi: quoniam *ſubſecutus* ſum Iuſtitiam. *Greg. Hom.* 9. *in Ezech. p.* 107. retribuunt, ſecutus.

Pſal. 50. *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco*. *Greg.* 12. *Mor. cap.* 12. *p.* 585. legit, *Agnoſco*, & *lib.* Reg. *part. part. tertia ad M.* 302. 724.

*Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. Greg. XI. Mor. cap.* 26. *p.* 572. & 18. *cap.* 27. 867.

*Auerte faciem tuam à peccatis meis, &c. Greg. lib. Reg. part. par.* 3. *ad M.* 30. 729. Legit, oculos tuos.

*Cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit*, *Greg.* 9. *Mor. cap.* 19. 461. & *lib. Reg. part. par.* 3. *ad M.* 31. 134.

Pſal. 38. *Et in meditatione mea exardeſcit ignis*. *Greg.* 23. *Mor. cap.* 5. 1057.

*Quam-*

*Quamquam in imagine Dei ambulet Homo, tamen vane conturbabitur*, *Gregorius X. Mor.cap.*9.*p.*511. legit, conturbatur, & ſic *lib.*22. *cap.*10. 1025. ſed *lib.* 23. *cap.* 13. 1073. legit, conturbabitur.

*Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti. Greg. M.* 23. *cap.* 10. 1067. legit, feciſti me.

Pſal.39. *Ecce labia mea non probibebo.* Greg. *lib. Reg.part. par.* 3. *ad M.*26. *p.*717.

*Et Cor meum dereliquit me. Greg.Epiſt. v. lib. primo.*

Pſal.40. *Etenim homo pacis meæ in quo ſperabam, qui edebat panes meos ampliauit aduerſus me ſupplantationem*, Greg. *Homil. XXXI. in* Euang. 159.

Pſal.41. *Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum.* Greg. *Hom.*22. *in* Ezech. 323. Greg. 8. *Mor. cap.* 4. 366. addit, fontem, ſed *lib.X. cap.*6.*p.*505. *in M.S.* non habetur, & *lib.*18. *Mor.cap.*XIX. *p.*839. nec etiam *lib.* 26. *c.*23. *p.* 1201. & *lib.* 29. *cap.* 2. 1302. Greg. 30. *Mor. cap.*5. *p.* 1362. ſed addit, Çiuitatis, & *Hom.*37.*in Ezech. p.*96. ſic enim legit *Beda in Homil. de Sanctis*, & *Homil.*19. *in Ezech.*272. non habet, fontem, item *hom.* 25.*in Euang.* 974.

*In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte declarauit.* Greg. *in Poſtmor.*22. In die mandabit, d. m. ſ. & in nocte declarabit, ſed

*lib.*

*lib.* 23. *cap.* 18. *p.*1082. vt in Textu.

Pſal.43. *Quoniam Tibi in illis Complacuit.*

*Operuit nos vmbra mortis.* *Greg.* 4. *Mor. cap.*17.*p.*178.

*Quoniam propter te morte afficimur* tota die, affligimur *Greg.* 8. *Mor. cap.*3. *pag.*365.

Pſal.44. *Accingere gladio tuo circa ſemur potentiſſime,* Greg. *Hom.*8. *in Ezech. p.*95. legit, gladium tuum, circa femur tuum.

*Populi ſub te cadent in corde Inimicorum Regis.* Greg. 7. Mor. *cap.* 2. 318. & 34. Mor. *cap.*10. 1581.

*Myrrha & Gutta, &c.* Greg. 95. Mor. *cap.*13. *pag.* 1636.

Pſal.46. *Aſcendit Deus in Iubilatione.* *Greg. Hom.*29. *in Euang.*507.

Pſal.47. *Deus in gradibus eius dignoſcetur.* *Gregorius* 22. *mor. cap.*14. 1052. legit, dignoſcitur, & *hom* 15. *in Ezech.* 203. vt hic.

Pſal.48. *Inclinabo ad ſimilitudinem aurem meam &c.* Greg. *Hom.*2. *in Ezech.*146.

Pſal.49. *Ignis in conſpectu eius ardebit, &c.* Greg. 4. Mor. *cap.* 2. *pag.*161. & *lib.* 1. *cap.*12. *pag.*445.

*Aduocabit* Cœlum. *Greg. XV.* Mor. *cap.* 19. *p.* 707. legit, aduocauit, & *lib.*6. *cap.* 21. *p.*80. & *lib.* 18. *cap.* 12. *p.*828. & *Hom.* 2. *in* Ezech. *pag.* 22. & *Hom. prima in* Euang.339.

Et *ſpecies agri mecum eſt.* *Greg.* 30. Mor.

*Mor. cap.* 15. *pag.*1391.
*Sacrificium laudis honorificabit me*, *Greg.Hom.*1.*in Ezech.To.*3.*p.*11.legit, in.

Pſal.54. *Quoniam ſi Inimicus meus maledixiſſet mihi,ſupportaſſem* me *vtiq;*Greg.*Hom.*18 *in* Ezech.254.non habet *me*; nec etiam *Hom.*35.*in* Euang.559. vbi pro, *quoniam*, habet, *& quidem.*

Pſal.56. *Filÿ hominum dentes eorum arma & Sagittæ, & lingua eorum machæra acuta.* Sic Greg. 6. Mor.619. pag.293.

Pſal.57. *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam Impiorum, &c.* Greg.18. *c.*13. *p.*835. *& lib.*22. *cap.*6. 1017.

Pſal.58. Quia ecce *aucupauerunt* animam meam. *Greg.*7.*Mor. cap.*8. *p.*329. legit, occupauerunt.
*Commouiſti Terram, & conturbaſti eam &c.* Greg.*Hom.*10. *in Ezech.* 132.

Pſal.65. *Quam terribilis in conſilÿs ſuper filios hominum*, Greg.*Hom.*8.*in Ezech. p.*90. & *Hom.*4. *in Euang.* 1350. *Iniquitatem ſi conſpexi in Corde meo non exaudiet Deus*, Greg.22. *Mor. cap.* 2. *pag.* 1005. legit, exaudiat.

Pſal.67. *Turbabuntur à facie eius patris Orphanorum, & Iudicis Viduarum*, *Greg.*34. *Mor.c.*18.*p.*1603. Turbabuntur à facie eius, patres Orph. & Iudices Viduar.
*Et poſteriora dorſi eius in ſpecie auri.* Greg.*Hom.*15.*in* Ezech. *p.*2101.
*Greſſus tui Deus, ingreſſus Dei mei Regis.* Greg. 16. Mor. *cap.*16. *p.* 754.

*& lib.* 29. *Moral. cap.* 8. *p.* 1316.
*Concilium Taurorum inter vaccas Populorum.* Greg.*lib.* 35. *Mor. c.*7.*p.*1615.

Pſal.64. *Riuos eius inebrians multiplicans generationes eius.*Greg.*Hom.*10. *in Ezech.*138. Greg. legit, multiplica, & *Pſalt. m.ſ.*
*Et conualles abundabunt frumento.* Greg.*Hom.xx.in* Euang.438.

Pſal.68. *Veni in altitudinem maris, & Tempeſtas demerſit me.* Greg. *cap.*1. 23. *lib.*1.
*Et ſuſtinui qui ſimul mecum contriſtaretur, & non fuit, &c.* Greg. 35. *Mor. cap.*9. *pag.*1623.
*Eripe me de luto vt non inhæream.* Greg. 18.*Mor.c.*27. *p.*861.& *l.*34.*c.*13.1587.
*Et non intrent. in tuam Iuſtitiam.* Greg.25. Mor. *cap.*9. *p.*1140. legit, vt, etiam *Hom.* XI. *in* Ezech. *p.*154.

Pſal.69. *Auertantur* Statim. Greg. *Hom.* 1. *in* Ezech. *p.*1481. legit *confundantur*.

Pſal.71. *Suſcipiant montes pacem,&c.* Greg.Mor. *cap.*20. *pag.*428.

Pſal.72. *Quia zelaui in Peccatoribus.* Greg. 6. Mor.*cap.* 4. *p.*275. & *Hom.*12 *in* Ezech. *p* 165. legit, zelatus ſum.
*In laboribus hominum non ſunt.* Greg.5. Mor. *c.*15. *p.*233.
*Tranſierunt in diſpoſitionem Cordis.* Greg.34. M*or. c.*18 *p.*1605.
*Poſuerunt in Cælum os ſuum, &c.* Greg.12. *Mor.c.*22. *p.*604. (5.l.1.
*Deieciſti os dum alleuarentur.* Greg.*c.p.*

Pſal.75. Ibi *confregit cornu eorum.* Greg. 33. Mor.

*Mor. cap.29. p.1555.*

Pſal.76. *Negaui conſolari animam meam, memor fui Dei, & delectatus ſum*, ſic Greg.7. *Mor. cap.3. p.318.* & *lib.18. c.24.* 852. & *lib.22. cap.14.* 1032.

*Etenim Sagittæ tuæ pertranſierunt*. Greg.29. *Mor. cap.13. p.1327.*

Pſal.77. *Filij Effrem intendentes arcum, & mittentes Sagittas ſuas*. Greg. *Hom.21. in Ezech.309.* non habet, ſuas.

*Adhuc eſca eorum erat in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos.* Greg. 15. *Mor. cap.12. p.699.*

Et occidit *plurimos* eorum pingues. Greg.11. Mor. c. 13. *p.556.* & *lib. Reg. par.3. ad.n.p.639.*

*Et multiplicauit vt auerteret iram ſuam.* Greg.4. Mor. cap.10.65.

*Et memoratus eſt quia caro ſunt.* Greg.9. Mor.c.28.*p.*464.& *l.14.c.29.p.*981.473.

*Et habitauit in Tabernaculis*. habitare fecit.

*Patres eorum conuerſi ſunt in arcum peruerſum*. Greg. 27. Mor. c. 29. *p.*1261.

*Et tradidit ... captiuitate virtutes eorum*. Greg.8. Mor. cap.30. *pag* 416.

Pſal.79. *Qui Sedes ſuper Cherubin appare coram Effrem, Beniamin.* Manaſſe. Greg.*Homil. 34. in Euang.*551.

Pſal.89. *Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat, & pertranſeat, veſpere decidat, indureſcat, & areſcat.*Greg.29 Mor.c.14.pag.1330.

*Aut præ timore iram tuam dinumerare?*

*Greg.*10.*Mor. cap.*7.*p.*107.

In Cantico Mariæ Prophetiſſæ in Exodo. *Dextera manus tua Domine confregit inimicos.* Tuæ. *Greg. lib. Reg. poſt part.* 3. *ad Mor.*27.*pag.*720.

Pſal.80. *Probaui Te ad aquas Contradictionis.* Greg.26. *Mor.c.*10. *p.*1170.

*Et ibunt in voluntatibus ſuis*. Greg.26. Mor. *cap.*10. *p.*1177.

Pſal.81. *Deus ſtetit in Synagoga deorum, in medio autem Deos diſcernit*. Greg. *hom.*8. *in* Ezech. *pag.*83.

Pſal.82. *Deus meus pone illos vt rotam*. Greg. *Epiſt.*5. *lib.*1.

Pſal.83. *Concupiuit & defecit anima mea in atria Domini*. Greg.4. *Mor. c.*30. *p.*205.

*Beati qui habitant in domo tua Domine*. Greg. *Hom.*9. *in* Ezech. 116.

*Diſpoſuit in Conuallem Lacrymarum*. Greg.30. Mor. c.15.1390. legit, Conualle, & *Ioann.Diac. lib.*4. *c.*62: & ſic *Hom.*19. *in* Ezech, 270.& *Caſſiodorus*.

*Ambulabunt de virtute in virtutem*. Greg.Hom.12. in Ezech.203.

Pſal.85. *Et eripuiſti animam meam ex Inferno Inferiori*. Greg.12. *Mor. c.* 6. *p.* 580.

Pſal.87. *Poſuerunt me in abominationem ibi*. *Greg.*21. *Mor. cap.*12. 1028.

*In me pertranſierunt Iræ tuæ, & Terrores tui conturbauerunt me*. *Greg.*7. *Mor.*3. *pag.*319.

Pſal.88. *Miſericordias Tuas Domine in æternum cantabo*. *Greg.*4. *Mor. c.*31. *p.*208.

*Aut*

*Aut quis ſimilis erit Deo inter Filios Dei*. Greg.4. Mor. c.27.872.

*Quis eſt homo qui viuet*. Greg.20.Mor. cap.25. 963. legit, viuit.

Pſal.93. *Qui fingis dolorem in praecepto*. Greg.18. Mor. cap.13.p.830.

Pſal.95. *Dicite in nationibus Dominus Regnauit à ligno, quia*. Greg. Hom.6. in Ezech. 158. & lib.4. in lib. 1. Reg. cap. 10.

*Exultabunt omnia ligna Syluarum ante faciem Domini*.Greg.Hom.36. in Euang. pag.570.

Pſal.96. *Et confitemini nomini Sanctitatis eius*. Greg.Hom.5. in Ezech. p.50.

Pſal.142. *Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia*, &c. Greg. 18. Mor. c.26. 858.

Et in factis manuum Tuarum *meditabor*. meditabar Greg. Mor. M.

Cantic. Abacuch. *Domine audiui auditum Tuum*, &c. Greg. 27. Mor. c.10. p.1235.

*Deus à Libano veniet*, &c. Greg.lib.33. c.1. 1512. & Hom.8. in Epiſt. p.92.

*Pedes eius ſteterunt*. Greg. 35. Mor. cap.9. pag. 1622.

*Præ laboribus vidi Tabernacula*, &c. Greg.18. Mor. c.27. p.866.

*Dedit abyſſus vocem ſuam*: Greg. Mor. 13. p.449. & 17. c.15. p.800. & lib.29. cap.8. 1316.

*In lumine iacula tua ibunt*, &c. Greg. 30. Mor. c.2. 1352. & Hom. v. in Ezech. cap.51.

*Exiſti in ſalutem Populi tui*. Greg. 22.

Mor.

*Mor.c.*12.1028.& *Hom.in Ezech.p.*194.
Adaperient, *lora* ſua. Greg. *Hom.* 10. *in* Ezech. 138. legit *Ora*.
*Miſiſti in mare equos Tuos.* Greg. 31. *Mor. cap.*10.*pag.*1431.
*Et introiuit Tremor in oſſa mea, &c.* *Greg.*22. *Mor. c.*10 *p.*1025.

Pſal. 100. *Detrahentem aduerſus proximum ſuum occulte, hunc perſequebar.* Greg. 14. *Mor. cap.*24. *p.*671.
*In matutinis interficiebam omnes peccatores Terræ.* Greg.16. *Mor.c.*29.*p.*770.

Pſal. 101. *Quia oblitus ſum comedere panem meum.* Greg. *Hom.* 22. *in* Ezech. 333.
Et *factus ſum ſicut paſſer vnicus in ædificio.* Greg.*Hom.* 16. *in* Ezech. 229. & *Hom.*38. *in* Euang.590.
*Quia cinerem ſicut panem manducabam.* Greg.*Hom.*19. *in* Ezech.269.
*Et potum meum cum fletu miſcebam.* *Greg.*25. *Mor. cap.*7. *p.*1156.
*Vt audiret gemitus vinculatorum.* *Greg. Hom.*12.*in* Ezech.*p.*162. legit, ſolueret.
*Mutabis eos, & mutabuntur.* *Greg.*19. *Mor. cap. v. p.*785. legit, ea.
*Filij Seruorum tuorum inhabitabunt ibi.* Greg.4. *Mor. c.*30. *p.*204. & *lib.*5. *c.* 10. *p.*380. ſed hoc vltimo loco legit, habitabunt: & *lib.*26. *c.*14. 1176. inhabitabunt.

Pſal. 102. *Quia ipſe ſcit figmentum noſtrum.* Greg. *Mor.*13. *cap.*9. *p.*624.
*Memento Domine quod puluis ſumus.* Greg.

*Greg.23. Mor.c.19.p.1083. & lib.24. Mor. cap.12. 1117.*

Et *ſicut flos agri, ita efflorebit. Greg. Mor. XI. cap,26. 570.* legit, florebit.

*Et memoriæ retinentibus mandata eius vt faciant ea.Greg.XV. Mor.c.7.p.644.*

Pſal.103. *Qui tegit in aquis. Greg. Hom. 17. in* Ezech.p.235. legit; *tegis.* Abyſſus ſicut pallium. *Greg.27. Mor.cap.2.p.1215.*

*Tranſibunt omnes beſtiæ Syluarum. Greg.27. Mor. cap.17. 1345.*

*Et in cubilibus ſuis ſe collocabunt.Gre.27 Mor. c.17. 1245.* legit, collocauerunt.

*Auferes Spiritum, &c. Greg. Hom. 20. in Ezech.*286. habet, Aufer.

*Suauis ſit ei laudatio mea. Aug. Tom.7.* 165. *cap.1.* legit, diſputatio.

Cant.Moyſ. Deuter.32. *Expectetur ſicut pluuia eloquium meum. Greg.27.* Mor. *cap.14.* 1247. & *lib.29. cap.15. p.*1333. *Ambr.* pronũtiatio mea. *Lxx.*Τὸ ἀπόφθεγμα μȣ.

*Statuit terminos Gentium. Greg. Hom.* 34. *in Euang.*548.

*Et ſuper pullos ſuos conſidet. Ambr.* circumblanditur.

*Suxerunt mel de petra. Greg. Hom.* 26. *in* Euang.484.

*Adduxit eos in fortitudinem* Terræ. *Amb.* virtute.

*Bibit vinum, & manducauit Iacob.&c.*

*Quia exarſit Ignis ab ira mea.*Greg.18. Mor.*c.13.p.*831. & *l.21.c.9.p.*990.legit. *Eius.*

*Ex*

*Ex vinea enim Sodomorum Vitis eorum.* *Greg.*25. Mor. c.9. p.1140.

*Nonne hæc omnia congregata ſunt.* *Greg.* 12. Mor. c.12. p. 585. omittit, *omnia*, & *lib.*25. *cap.*9. 1140.

*Et gladius meus manducabit Carnes.* *Greg.*18. Mor. c.10. p.827.

*Quia tollam in Cælum manum meam.* Greg. *Hom.*10. *in* Ezech. p. 141. & *lib. Reg. p. par.* 3. *ad* Mor. 26. *pag.*717. *Greg.*32. Mor. c.6. p.1479.

Pſal. 109. De *Torrente in via bibet*, Greg. *Hom.* 25. *in* Euang. 478.

Pſal. 113. *Omnes timentes ſe Dominus puſillos cum maioribus.* Greg. 4. M. c.31. p.207. & *Hom.*15. *in* Ezech. p.209.

Pſal. 115. Ego *dixi in exceſſu mentis meæ*, &c. *Greg.*22. Mor. c.10. p.1025.

Pſal. 119. *Heu me quia incolatus meus prolongatus* &c. Greg.1. Mor. 4. 366. & *lib.* 8. 23. *cap.*13. *pag.*1673.

Pſal. 125. *Venientes autem venient.* Greg. 7. Mor. c.13. p.341. & 10. c.12, p.520.

Pſal. 126. *Niſi Dominus ædificauerit domum* &c. *Greg.*11. Mor. c.5. p.540.

*Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem.* Greg. 8. Mor. c.19. p.394. & *Hom.* 18. *in* Euang.425. & *hom.*27. *ibid.*494.

*Cum dederit dilectis ſuis ſomnum.* Greg. 10. Mor. *cap.*12. *pag.*520.

Pſal. 128. *Quod priuſquam euellatur areſcit.* Greg.8. Mor. c. 24. 405. legit, exaruit.

Pſal. 138. Mirabilis *facta eſt Scientia tua ex me.* Greg.

*Greg.*10. *cap.*7. *pag.*507.

*Si Sumpſero pennas meas ante Lucem.* *Greg.*33. *Mor. cap.* 10. 1531.

*Nimis honorificati ſunt Amici, &c.* *Greg.* 10. *Mor. cap.* 17. *pag.* 533. legit, honorati ſunt, & *Miſs. Rom. in Introit.* & ſic *Hom.* 18. *in Ezechiel.* 252. vbi etiam legit, valde.

*Nonne qui Te oderunt. Greg. Hom.* 4. *in Ezech. pag.*107. & *lib. Reg. poſt par.*3. *ad* 23. *pag.* 710.

*Vir linguoſus non dirigetur Super Terram. Greg.* 7. *Moral. cap.* 17. *p.*355. & 10. *Mor. cap.* 2. 496. & *lib. Reg. poſt. part.* 3. *ad m.* 15. 691.

Pſal. 141. *Indeficiendo in me Spiritum meum.* Greg. 7. *Mor.* 3. *pag.* 318.

*Educ de carcere Animam meam.* *Greg.* 8. *Mor. cap.* 383. & *Epiſt.* 31. *lib.*8.

Pſal.143. *Protector meus & in ipſo ſperaui. Greg.* 26. *Mor. cap.*28. 1210.

Pſal.90. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Greg.* 32. *Mor. cap.* 6.

## NOTÆ.

*F. & C. ſignificant Codices Florentinum, & Caſinenſem, ſeu Caſſinenſem : quandoque Flor. Caſin. Vat. verò Vaticanum C. M. Codicem : manuſcriptum cum quibus*



Digitized by Google

*Codicibus vir accuratiſſimus contulerat editum.*

Gloria ſit Patri, Genito quoquè, Pneumati & almo,
Vtque in principio, nunc ſemper, in omnia ſæcla.

Errata ſic Corrige.

| | |
|---|---|
| Pag. 30.v. 7 | Erat |
| 33.v. 2 | Sacroſanta, lege ſacroſancta |
| 40.v.12 | l. Pentateuchus |
| 42.v.14 | l. δ'αὐτ ἱερώσεις |
| 43.v.19 | l. quartam |
| 44.v.14 | l. Bethlehemi |
| 47.v. 6 | εὐεργέτησαι μὲ |
| 75.v.28 | l. nemo neſcit |
| 76.v.12 | l. Bullæ in Cœna |
| 78.v.16 | l. Nicolaus Tertius |
| 81.v. 8 | l. voluptatis |

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE